offendit imperatorem. xxxij.
De leontio antiocheno episcopo et eo q̄ magr̄ fuit eunomij xxxiij
De eudoxio qui antiochenū inuasit episcopatū et de terremotu in nicea bithinie gesto. xxxiiij.
De ɔcilio seleutia celebrato xxxv.
De legatis concilij seleutie et de examinacōe aetij. et de gestis ariminensibus. xxxvi.
Quomodo affirmauerit fidem ariminensis concilij. et etiam simul et alios deposuerunt. xxxvij.
Pro qua causa sit cyrillus ierosolimorū ep̄s deposit⁹. xxxviij.
Enumeracō expositionum hereticarum p⁹ nicenū cōciliū; xxxix.
Quia eudoxius arrianus p⁹ antiochenū cōstantinopoleos inuasit episcopatū et de praua etij doctrina. xl.
De crudelitate georgij apud alexandriam et qui post cyrillum iherosolimā tenuerit ep̄atum. xli.
De macedonio et macedonianis xlij
De hijs que rursus ab arrianis contra ipsos arrianos gesta sūt et quomodo eustachi⁹ nequiciā patefecit eudoxij et ep̄le ɔstātinopolitani ɔcilij ad georgiū alexandrinū ɔdēnantes etium cum scriptis eius. xliij.
De eunomio et q̄uo cyzico fuerit ordinat⁹ et idē rursus expulsus heteseos auctor extiterit xliiij.
De appollinare p̄re sibi et filio et eorum simul heresi. xlv.
Quomō iacobi epi oracōib⁹ p̄sarū rex n̄ potuit p̄ualē rōis. xlvi.
De concilio denuo ap̄d antiochiam congregato. xlvij.
De translacōne sācti Miletij ad antiochenū ep̄atum et de eius expositione et de vnitate trinitatis xlviij.
Quia expulso meletio euzoius arrianus antiochie ordinatur episcopus. xlix
De constācia eusebij propter meletium. l.
Quomodo iulian⁹ negata christiana religione bellum contra constantium preparabat et de morte constantij.

¶ Expliciūt capitula.

¶ Incipit liber. v. hystorie ecclesiastice. Theodoric⁹.

¶ Capitulum primum.

Q[uon]ij siq̄dē tempore pretereunte defuncto occidētis imperatore ɔstāte. cōstantiū fautores arrij cōpulerunt athanasij ad eū memoriam reuocantes quasi ipse fuisset qui ei fratrem fecerit inimicū ita vt pene disruptis nature vinculis vsq̄ ad bellum descenderet. ¶ Hijs incitacōibus constanti⁹ motus nō solum expelli ſ3 etiā perimi sacratissimū athanasium imperauit. Et mittēs quendā sebastianū ducē cū maxima militari manu velut erroneū iussit interimi. Quomodo āt et ille cū exercitu venerit et ille defugerit ipse qui pass⁹

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ mirabiliter liberatus eſt meli⁹
enarrabit Nam in ſatiſſactōne fu
ge ſic ait.

Capitulum .ij.

Verumtamen exquirāt eti
am modū diſceſſionis ⁊
agnoſcant a ſuis. Erant
enim arriani cum militibus ocur
rentes vt eos accederent ⁊ ignorā
tibus nos oſtenderent ⁊ licet ſine
vlla cōpaſſione ſint vel audiētes
tamen confuſi quieſcant. Erat ita
ꝗ iam nox ⁊ aliqui populoꝝ ad
vigilias venerāt expectabaturꝗ
futura die collectio. Dux autem ē
pente aſtitit cum militibus vltra
v. milibus habentibus .ſ. arma ⁊
gladios enudatos. arcus. ſagit
tas ⁊ vectes ⁊ eccleſiam quidem ip
ſe circumdedit ſtatuens milites ſi
bimet coherentes. vt nullus poſ
ſet egredientium ab eccleſia ma
nus eorum euadere Ego vero irra
cionabile indicans in tanta con
fuſione populum derelinquere ⁊
nos magis ante illos pericula ſu
ſtinere. reſidens in ſede precepi vt
dyaconus pſalmū legeret. popu
li reſponderēt quoniam in ſeculuꝫ
miſericordia eius. ⁊ ſic oēs in do
mos ſuas redirent. Sed duce po
ſtea ingrediente ⁊ militibus ſacrā
rium circumdantibus vt nos ca
pere potuiſſent clerici quidem qui
ſunt inuenti ſimul ⁊ populi cla
mabant poſcentes vt ⁊ nos diſce
deremus vna cum populo. Ego ve
ro magis ediuerſo dicebam non
nos diſcedē. niſi omnes ſingilla
tim prius exirent. Surgens itaꝗ
oratione facta precepi ſic omnes
abſcedere melius eſſe dicens me
periculo ſubiacere ꝗ̄m quemlibet
eorum excipere leſionem. Egrediē
tibus igitur plurimis ⁊ reliquis
ſubſequentibus. quidam mona
chi qui ibi nobiſcum fuerant ⁊ a
liqui clericorum aſcendentes trax
erunt nos ⁊ ita eſt teſtis ipſa veri
tas militibus alijs ſacrarium cir
cumdantibus alijs per eccleſiam
diſcurrentibus ꝑ medium eoꝝ
domino iter dante atꝗ cuſtodiē
te pericula cuncta tranſiuimus de
um magnifice glorificantes quo
niam neꝗ populum neci tradidi
mus. ſꝫ etiam quatenus ſaluaretē
actum eſt ⁊ manus querentium
nos effugere preualuimus

Socrates.

Capitulum .iij.

Que etiam georgius eodē
tempore i alexandria geſ
ſerit. ipſius athanaſij ꝗ̄
hec paſſus eſt voce narremus In
libro enim queꝫ de fuga ſua ſcrip
ſit. hec ait. Igitur in alexandria
ſurrexerunt denuo querentes nos
occidere ⁊ facta ſūt nouiſſima peio
ra prioribus. Repente namꝗ mi
lites circumdantes eccleſiam pro
orationibus prelia celebrabant
Ingrediente namꝗ quadrageſi
ma georgius ex capadocia ab eꝭ
miſſus . auxit mala que illorum
calliditate didicerat. Poſt
ſeptimanam itaꝗ paſce virgines

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mittebantur in carcerez episcopi
vincti a militibus ducebantur or
phanorū ꝛ viduarum domus ab
ripiebantur ꝛ inuaſiones in domi
bus agebantur ꝛ noctibus chri
ſtiani deponebantur. obſignabā
tur domus ꝛ fratres clericoꝝ pro
fratribus pericula ſuſtinebant
Hec quidem peſſima. ſꝫ grauiora
poſtea ſunt preſumpta. Septima
enim que fuit poſt ſanctum pen
thecoſten. populus eiulans eſt e
greſſus ad cimiterium orationis
cauſa. eo ꝙ omnes cōmunione ȝ
georgij declinarēt. Sed hoc agno
ſcens ille nequiſſimus. ipſe ↄcita
uit Sebaſtianuȝ ducē manicheuȝ
qui cuȝ multitudine militũ arma
gladios euaginatos. arcus ſagit
taſqꝫ ferentium facto impetu in ip
ſo die dominico ſup populum ir
ruit ꝛ paucos orantes inueniens
cū iā plurimi diſceſſiſſent talia geſ
ſit qualia ab eis decebat impleri
Incendio namqꝫ facto ſtatuens
virgines ſecus ignē cogebat eas
vt ſe ꝓfiterent̄ arrianas. Cumqꝫ
eas cernerent eē victrices. ꝛ de ig
ne nullo mō cogitare. ſic earū vul
tus lacerauit vt vix agnoſci poſtē
pora potuiſſent Tenēs āt ꝛ q̄dra
ginta viros tormento nouiore diſ
cerpſit. Sectis namqꝫ de palma vir
gis ꝛ habentib' ſuos aculeos eo
rū dorſa ita verberib' lacerauit. vt
quidam eorū ſepius a medicis i
ciſi propter ſpinas q̄ eoꝝ dorſibꝫ
inherebāt alij vero dū non ferrent
p tormenta ſunt mortui. Hos aūt
qui viuere potuerunt ꝛ quandaȝ
virgineȝ exilio deportauit in max
imā ſtaſim. Corpora vero mortuo
rum primo quideȝ reddi non paſ
ſus eſt ſed celauit inſepulta relin
quens ea. vt quaſi tanta crudeli
tas latere videretur Hoc autem a
gunt. qui mentis errore deſipiūt
Naȝ cum parentes mortuoꝝ gau
derent equideȝ propter confeſſio
nem. flerent auteȝ propter cor
pora defunctorum. potius eorum im
pietatis indicia pſonabant. Poſt
hec autem ex egypto atqꝫ libijs
exilio portauerunt epiſcopos am
moniū Muſigaum. filonem. her
meplenū. pſenoſiri. nilamonem
agathonem. anagamphuȝ. mar
cum draconchium. adelphium.
athenodoꝝ ꝛ preſbiteros hieracē
ꝛ dioſcoruȝ ꝛ ſic eos acerbiſſime
per itinerā compulerunt vt quidā
eorum in ipſis itineribus. alij vo
per exilia morerentur Fugauerūt
autem epiſcopos plus ꝙ̄ triginta
habentes ſtudiuȝ ſecūdm achapa
vt ſi poſſent amputarent penitus
veritatem.

### Theodoricus.

SVper hec igitur athanaſi'
etiā cōſolatorios libros vir
ginib' illē ſcripſit q̄ crudeliſſimas
ptulerant paſſiones dicēs. Inter
hec ꝓpterea nemo vr̄m ſit triſtis.
licet ꝛ ſepulturā vobis denegēt im
pij ꝛ ꝓhibeant vos offerri. Naȝ vſ
qꝫ ad hoc nequicia peruenit arria
noꝝ vt ꝛ portas clauderent. ne q̄s
ſepeliret̄ fideliū defunctoꝝ Hec ḡ

a hijs ſimilia georgius in alexāſi
dria faciebat. Sanctus autem a
thanaſius nullum locum muni
tum cautele ſue putabat cū vtiqꝫ
aut viuū eum deduci aut mortu
um decollari aut caput eius impe
rator ſibi iuſſiſſet auferri. Pro q̄
re premium maximum cōpromi
ſit huiuſmodi aliquid nunciāti

Socrates.

Capitulum. iiij.

Imperator interea in illiricū caſtrā
metatus eſt. cogebat enim eum
publica neceſſitas et maxime betrā
nionis qui per milites auguſtus
fuerat appellatus. Cumqꝫ veniſſꝫ
in ſyrmium mutuo federibus ha
bitis betranionē vidit. adūqꝫ eſt
vt milites qui eū cōſtituerāt trāſi
rent ad fauorē cōſtantij. Quo fa
cto ſolum conſtantium imꝑatorē
auguſtum voce miſſa clamauerūt
Cumqꝫ de betraniōe nulla memo
ria fieret ille repente ſentiens ſe trā
ditū ad pedes ſe proſtrauit impe
ratoris. Porro conſtantius aufe
rens eius coronam. ſimul et pur
puram clementer ei locutus eſt.
monens vt ſub ſcemate priuato
quieſceret qd̕ vtiqꝫ eius etati poti
us conueniret q̄ haberet nomen
ſollicitudinibus honeſtatum iuſ
ſitqꝫ ei ſumptus vberrimos ex pu
blicis functionib9 exhiberi Cūqꝫ
in proſa bithinie betranio mora
retur. cōſtāti9 ſcripſit dicens ei. qꝛ
multorum bonoꝝ ei cauſa fuiſſet
quem a tantis cogitationibus et
malis ſibi prouenientibus liberāſ

ſet. nec ſe benefeciſſe quia q̄ ſibi ꝑ
ſtare debuerat illi potius īpēdiſſꝫ.

Capitulum. v.

Tunc igitur imꝑātor gal
lum conſobrinū ſuum ce
ſarem fecit cui ſuū nomē
imponens in ſiriam antiochie de
ſtinauit vt patres ꝑ eū cuſtodirē
tur orientales. Quo ad antiochiā
veniente. circa orientē ſignū ſal
uatoris apparuit. Columna nāqꝫ
ſub ſpecie crucis in celo viſa maxi
mo miraculo conſpicientibus fu
it. Alios autem ſuos duces cum
multo exercitu contra magnenti
um deſtinauit ipſe vero i ſyrmio
morabatur et rei ſuſtinebat euen
tum Tunc igitur fotinus eccleſie
preſul aperte dogma qd̕ ipſe cōpe
rerāt cōponebat

Sozomen9.

Capitulum. vi.

Dicebat enim. deus quidē
omnipotens vn9 qui ꝑ ꝓ
ꝓ̄bo condidit vniuerſa.
Ante ſecula vero natiuitatem et ex
iſtentiam filij dicere fugiebat ſed
ex maria natum docebat xp̄m

Socrates.

Quamobrem tumultu ſurgente
iuſſit imperator concilium ī
ſyrmio congregaī cōuenitqꝫ illic
ex orientalibus quidem marcus
arethuſe et georgius alexādrin9
quem remoto gregorio ordinaue
runt arriani. Venit etiam baſili
us expulſo marcello ancyre ꝑſu
le pācracius peluſij hipatian9 eā
dis. occidētaliū vo valēs murſen9

⁊ tunc famoſiſſimus omnium oſi
us cordube pontifex pariter iuit⁹
Iſti ſiquidem poſt conſulatum ſer
gij ⁊ nigriani quo anno ꝓpter bel
lorum turbas nullus conſulū fu
erat ſollempniter ordinatus · cōue
nerunt in ſyrmio ⁊ photinū dog
ma ſabellij libicēſis ⁊ pauli ſamo
ſateni ſeſe cognoſcentes repente
damnarunt ⸿ Capi · vij ·

Sozomenus ·

POſt hec de fide propoſitio
nes ediderunt vnam gre
ce aliam latine · multū ſi
bimet textu ſenſuqꝫ concordes ·

Socrates · :

FIdes expoſita ſyrmio ſub p̄
ſentia imꝑatoris conſtantij ·
GVnc etenī quaſi antiq̄ fidei
dogmata reprehēdentes ali
as ꝯpoſitiōnes de fide ſanxerunt ⁊
vnam quidē attico eloquio mar
cus edidit arethuſe ſ; cū romana
lingua concordiam non habētē;
neqꝫ ſermōis ꝯpoſitione ſ; nec ip
ſi grecitati cōuenientem. Vnam
itaqꝫ latine a marco cōpoſitam h
ſubiungam. Secundā vero q̄m in
arimino poſtea relegerūt loco ꝯpo
ponemus dum ea que ibi geſta
ſunt dixerimus · vtraqꝫ tamen in
grecitatem conuerſa eſt Marcus
ergo hoc modo de fide dictauit ex
poſitionem ·

CRedimus in vnū deū patrē
omnipotentem · creatorē ⁊
factorem vniuerſorū ex quo omīs
paternitas in celo ⁊ ī terra noīa
tur ⁊ in vnigenitum eius filiū do
minū noſtrum ihm xpm qui an
te omnia ſecula ex patre natus ē
deum ex deo lumen ex lumine · per
quē facta ſunt omnia in celis ⁊ in
terris · viſibila ⁊ īuiſibilia · verbū
exiſtens ⁊ ſapientiam ⁊ lumen ve
rum ⁊ vitā · qui nouiſſimis dieb⁹
propter nos humanatus eſt · ex
ſancta virgine · ⁊ crucifixus ⁊ mor
tuus ⁊ ſepultus · ⁊ reſurrexit a mor
tuis tercia die ⁊ aſcendit in celum
⁊ ſedet in dexteram patris ⁊ ventu
rus eſt in conſūmatione ſeculi iu
dicare viuos ⁊ mortuos ⁊ redde
re vnicuiqꝫ ſcd̄m opa ſua cuius i
perium ſine fine exiſtens ī ſecula
ꝑmanet infinita · Erit enī ſedens i
dextera patris non ſolū in hoc ſe
culo ſ; etiā in futuro · Et in ſpiritū
ſanctū paraditū id ē cōſolatorem
quem ꝓmittens aplis poſt aſcen
ſionē ad celos eſſe mittendū vt
doceret eos ⁊ cōmemoraret eos v
niuerſa tranſmiſit p quē etiā ſā
ficantur anime credentium ī core
raciter Eos autem qui dicunt ex
non exiſtentibus filium aut ex
altera eſſentia ⁊ nō ex dei ⁊ quia
erat tempus aut ſeculū quando
non erāt · alienos nouit ſancta ca
tholica eccleſia ·

RVrſus igitur dicim⁹ ſi quiſ
patrem ⁊ filium duos dicit
deos anathema ſit Et ſi quis deū
chriſtum ante ſecula miniſtran
tem filiū dei patri ad creationem
vniuerſorū nō ꝯfitetē anathema ſit ·
Si qs ingenitū aūt prēz ei⁹ ex ma
ria natū dicē pſumit anathe · ſit ·

Si quis ſcd'z pſcientiã antẽ mariã
dixerit filium eſſe. ⁊ non ante ſecu
la ex patre natum apud deum eſſe
⁊ per ipm̃ omnia facta anathema
ſit. Si quis ſubſtantiam dei dilatal
et contra hanc dixerit anathema
ſit. Si quis dilatatam ſubſtantiã
dei filium dixerit facere. aut dilata
tionem eius ſubſtantie filium no
minauerit. anath. ſit. Si quis affe
ctiuum aut platiuum verbum di
xerit dei filium. anathe. ſit. Si q̃s ho
minem ſolum dixerit filiuz. q̃ñ ex
maria eſt anathe. ſit. Si quis deuz
⁊ hominem ex maria dicens deum
ingenitum eundem intelligit. ana
the. ſit. Si quis illud quod ſcriptũ
eſt. ego deus primus ⁊ poſtea ego
⁊ preter me non eſt deus. cum ĩ de
ſtructione ydolo℞ deorum ⁊ ydolo
rum non exiſtentium dictuz ſit. ad
deſtructõnem magis vnigeniti an
te ſecula dei iudaice perceperit ana
thema ſit. Si quis audiens verbũ
caro factum eſt. verbum in carne
mutatum putauerit. aut conuerſi
one facta ſuſcepiſſe carnẽ. anath.
ſit. Si quis vnigenitum filium dei
crucifixum audiens. corruptionez
aut paſſionem. aut conuerſionez
aut mutationem. aut pemptionẽ
ſuſtinuiſſe dicit anathe. ſit. Si q̃s
quod ſcriptum eſt faciamus homi
nem. non patrem ad filium dicere
ſed ipſum ad ſemetipm̃ aſſerit di
xiſſe deum anathe. ſit Si q̃s contra
iacob nõ filiũ tanq̃ hominẽ luctaſ
ſe. ſ; igenitũ deũ. aut patrẽ eius di
xerit anathe. ſit. Si quis illud q̃d

ſcriptũ ẽ pluit dñs a dño. ñ de prẽ
⁊ filio perceperit. ſ; ⁊ ipm̃ a ſemetipõ
pluere dixerit. anathe. ſit. Pluit ei
dñs filius a dño patre Si quis au
diens dñm patrem. aut filiũ dñm
⁊ dñm patrem ⁊ filium. ⁊ domin9
a dño dicens duos aſſeruerit deos
anathe. ſit. Non ei coaptam9 filiũ
patri ſ; ſubditũ nouim9. neq; ei de
ſcendit in corpus ſine volũtate pa
tris. neq; pluit a ſemetipõ ſ; a do
mino auctoritatẽ q̃ppe ptente prẽ
neq; ſedet a dextris a ſemetipõ. ſed
audit dicente patre. ſede a dextris
meis. Si quis patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſcm̃
ſpiritum vnam perſonã dicit. ana
thema ſit. Si quis ſpiritum ſanctũ
paraditum dicens ingenituz aſſe
rit deum anathema ſit Si q̃s ſicuti
docuit nos non alium dicit paradi
tum pter filium. ait enim. ⁊ alium
paraditum mittet vobis paẽ quẽ
rogabo ego. anathema ſit. Si quis
ſpiritum partem dicit patris aut
filij anathema ſit. Si quis patrem
aut filium ⁊ ſpiritũ eius tres dicit
deos anathema ſit. Si quis cõ filio
dei tanq̃ vnam creaturam factum
aſſerit filium dei anathema ſit. Si
quis nolente patre natum filium
dixerit anathema ſit. Non enim in
uitus ⁊ vim paſſus paterẽ neceſſita
te naturali quaſi nolens genuit fi
lium. ſed ilico vt voluit ⁊ ſine tẽpo
re ⁊ ſine paſſione ex ſemetipſo ge
nuit eum. Si quis ingenitũ et ſine
pncipio dicit filium tanq̃ duos ſi
ne principio. ⁊ duo ingeita dicẽs
⁊ duos faciẽs deos anaẽ. ſit. Caput

enim eſt ⁊ principium omniū fili
us. caput autem xpi eſt deus Si ei
ad vnum omniū principiū quod
eſt ſine principio per filiuꝫ pie oīa
referuntur. Rurſus autem ſubtilit
inſpicientes xpianum ſenſuꝫ dici
mus Si quis xp̄m deū filium dei an̄
ſecula miniſtrantē patri ad omnē
creationem non dixit. ſed ex quo
ex maria natus eſt. ex tunc dicit fi
lium. ⁊ xp̄m eſſe vocatum. ⁊ initiū
percepiſſe vt deus eſſet. anathema
ſit ſicut ſamoſatenꝰ Alia fides ex
poſita ſyrmio latine. quaꝫ nos ex
greco tranſtulimus.

## Capitulum octauū.

Quoniā de fide placuit quē
dam fieri tractatū. omnia
caute queſita ſunt ⁊ expo
ſita ſyrmio ſub preſentia valentis
⁊ vrſatij atqꝫ germanij ⁊ ceterorum
Conſtitit vnum deum eſſe patreꝫ
omnipotentē ſicut etiam ī omni or
be terrarum annūciatur. et vnum
vnigenitum filium eius ihesū xpꝫ
dominū ⁊ deum ſaluatoremqꝫ nrm̄
ex eo ante ſecula genitum. duos āt
deos non oportere dici. quoniā ipſe
dominus ait. Ibo ad patrem meū
⁊ patrem veſtrum. deum meum et
deum veſtrum. Propterea ⁊ omniū
deus eſt. ſicuti etiam apoſtolus do
cuit in deorum deus non ſolum. nō
ne ⁊ grecoꝝ ⁊ gentiliū. Vtiqꝫ quo
niam circūciſio ex fide ⁊ prepuci uꝫ
per fidē. ⁊ cetera quidem omnia cō
ſonant. et nullā videtur remanere
diſcordia. Quia vero multos mo
uet ſermo latinus ſubſtantie qui
greca līgua dicitur vſia vt ſcrupu
loſiſſime cognoſcat omotovſion
hoc eſt eiuſdē ſubſtātie. aut omo
donſii ideſt ſimilis ſubſtantie. non
oportet horum ſermonum quādā
omnino fieri mentionem. neqꝫ de
his exponi apud eccleſiam ꝓpter
hanc cauſam ac ratōnem. quia in
ſanctis ſcripturis nichil tale ſcrip
tum eſt. Et quoniā hec vltra hūa
nam ſcientiam ⁊ intellectum ſunt.
⁊ quia nullus poteſt generationē
filij enarrare ſicut ſcriptum eſt. ge
nerationem eius quis enarrabit.
hoc enim ſciendum ſolum patrem
noſſe quemadmodū filium gene
rauit. ⁊ rurſus filium quomō ipſe
de patre ſit genitus. Nulli vero du
bium eſt maiorē eſſe patreꝫ hono
re ⁊ dignitate atqꝫ diuinitate. ⁊ ip
ſo nomine paterno eſſe potiorem.
teſtificante ipō filio. qui me miſit
inquit pater maior me eſt. et hoc
eſſe catholicorum nullus ignorat
duas perſonas eſſe patris ⁊ filij.
⁊ patrem quidē maiorē filium vero
ſubiectum cū omnibꝰ que ei ſubie
cit p̄r eius. p̄rem vero initiū nō hē
re ⁊ inuiſibilē. imortalē. ⁊ ipaſſibilē
eē. filiū vō natū ex p̄re. deū ex deo.
lumē ex lumie. ⁊ hꝰ natiuitatē ſic
p̄dictū ē nullū noſſe n̄ ſolū patrē.
ipm̄ vō filiū dn̄m ⁊ deū nr̄m carnē
ſeu corpꝰ hoc ē hoīem aſſumpſiſſe
ſic angelꝰ annūciatū ⁊ oēs ſcriptu
re docēt ⁊ maxime ipſe apl̄s doctor
gentiū Hoīem aſſūpſit xp̄c ex ma
ria v̄gine. p quē paſſus eſt. Aper
aūt totius fidei ⁊ firmamētū eſt vt

trinitas ſeruetur ſemp̄. ſicut i euā
gelio legimus. Euntes docete oēs
gentes. baptizantes eos in nomi
ne patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſācti. In
teger aūt atq̨ perfectus ē muner⁹
trinitatis. Paraclitus vero ſpirit⁹
ſanctus per filium miſſus venit ſe
cundum promiſſionem. vt apl'os
⁊ omnes credētes ſāctificaret. His
igitur explanationibus etiā poſt
damnationem photinū cōſentire
⁊ ſubſcribere ſuadebant. promittē
tes ei reddendum epiſcopatū ſi per
penitentiam anathematizaret dog
ma quod ipſe comperetat. ⁊ in eo
rum ſententia cōſonaret. Ille vero
eorum quidem ꝓpoſitum nō ſuſce
pit. ſed prouocauit eos ad diſpu
tandum Quapropter diffinito die
imperatoris voluntate ↄuenerūt
preſentes epiſcopi ⁊ ſenatorū nō
pauci quos p̄ceperat adeſſe diſpu
tationi princeps. inter quos reſti
tit photino ſabinus eccleſie tūc an
cyre preſul. exceptoribus voces cō
ſcribentibus eorū magnaq̨ certa
mina ſermonū inter vtraq̨ partē
facta noſcuntur. victuſq̨ photin⁹
damnatus eſt. ⁊ in fuga ↄſiſtens
de cetero libros vtraq̨ lingua con
ficiebat: quoniā neq̨ latino ſ̄mo
ne videbatur ignarus. Scripſit q̨
contra omnes hereſes. ꝓprium ſtu
dens dogma confirmare. Et de pho
tino quidem hec dicta ſufficiant
Sciendū tamen q̄ ſyrmio ↄuenie
tes epi penitentia ducti ſunt. in ex
poſitione fidei latina lingua ꝓlate
Poſt editionē nāq̨ ſibi cā ↄtrariā

iudicabant. quam ſtuduerūt ab
epiſcopis qui iam ſubſcripſerant
reddi. quoniā celabatur a pl'imis
Imperator autē edictis precepit q̄
ri editōnem ipſam. ſupplicium mi
natus ſi quis eā celaſſe cōperiret.
Sed neq̨ terror deſtruere potuit qđ
ſemel fuerat inſtitutū eo qđ apud
multos haberet. Et de his quidem
iſta dixiſſe ſufficiat.

### Capitulū. ix

Quia vero et de oſio hiſpa
no inuito illuc veniente fe
cimus mentionē breuiter
etiā de eo dicendū eſt. Ante paucū
tēpus iſte vir molimine arrianoꝝ
fuerat miſſus exilio. tunc autē ſtu
dio eorum qui ſyrmio cōuenerāt.
eū euocauit imperator. volens eū
aut ſuaſione aut neceſſitate cōcor
dare preſentibus. Hoc enim facto
maximū fidei eorum putabatur eſ
ſe teſtimoniū. Quapropter ſicuti
dixi ex neceſſitate venit. ⁊ dū eis cō
ſentire reſpueret tormēta longeu⁹
plagaſq̨ ꝑpeſſus eſt. Vnde etiam
neceſſitate vehementi expoſitoib⁹
tunc editis conſenſit atq̨ ſubſcrip
ſit. Hunc ergo terminū habuerūt
que tunc ſyrmio geſta noſcuntur
Imperator autem conſtantius mo
rabatur in ſyrmio. ⁊ belli quod ge
rebatur cōtra magnentiū expecta
bat euentum.

### Capitulū. x.

Interea magnentius ad ſe
niorem romam ꝑueniens
multos peremit ſenatorū
ac populi. Agnoſcens vicinos

eſſe contra ſe cōſtātij milites ab
ſceſſit ad gallias partis occidēta
lis Cunqꝫ illic bellum ſepius inter
vtrunqꝫ exercerent· modo iſti· mō
illi victores eſſe videbantur Nouiſ
ſime autem deuictus magnentius
fugit ī murſam quod eſt gallie ca
ſtrum· videnſqꝫ ſuos milites quaſi
de perditione triſtes ſtans celſiore
loco eos nitebatur allocutiōis cō
ſuetudine confortare· Tunc illi ſo
litum fauorem magnentio exhibe
ri preparati· e diuerſo nolentes cla
marunt omnes Cōſtanti auguſte
tu vincas. Hoc auguriū magnen
tius traxit ad ſemetipm̄ tanq̄m ei
diuinitus nō concederetur impiū·
et ppterea relinquens caſtrum ad
vlteriora tendebat· Sequentibus
autem conſtantij militibus circa
montem ſeleucum facta congreſſi
one· ſolus fugiens venit in lugdu
nenſem vrbem· cōperiens ſuā ma
trem et fratrem quem ceſarem con
ſtituerat· nouiſſime interfecit et ſe
metipſum· conſolatu conſtantij·
vi· galli ſcdo auguſti die· xv· Non
poſt multum vero tempus etiā de
centius alter eius frater ſemetipſ
ſtrangulauit· ſed neqꝫ ſic ad rem
publicā pax peruenit· Nam poſt
paululum apud gallias occidēta
les ſiluanus quidam tyrannꝰ eſt
exortus· quem duces cōſtantij velo
citer peremerunt·

## Capitulū· xi

Porro iudei ī dyoceſarea pa
leſtine reſiſtentes vicina
loca turbabant· et ſumen
tes temptabant reſultare romanis
Poſt hec itaqꝫ gallus ceſar cū an
tiochie degeret exercitu deſtinato
eos apprehendit· ciuitatemqꝫ vaſta
uit· Cunqꝫ videretur ſibi proſpere
geſſiſſe· felicitatem non ferens ac
ceſſit ad tyrannidem· et non inſinu
ans imperatori ſuam intentionem
queſtorem vocabulo magnum et
domitianum prefectum orientis oc
cidit Ob quam rem conſtantius ī
dignatus· euocauit eum· Qui cum
contemnere non valeret· pergebat
ad principem· Cunqꝫ contra inſu
lam flaconenſem veniſſet· eum il
lic conſtantius p̄cepit interimi

## Capitulū duodecimū·

Poſt paululum vero tēpus
iulianum galli fratrem ce
ſarem conſtituens contra
barbaros direxit in gallias Gallꝰ
vero qui et conſtantius ſeptimo cō
ſtantij conſolatu et ſuo tercio ita
perimitur· iulianus cōſequenti cō
ſulatu arbitionis et iuliani conſti
tuitur ceſar· die ſeptimo mēſis no
uembris·

## Sozomenꝰ·

Sublatis itaqꝫ tyrannis re
quiem malorum videbatur
habere conſtantius et deſerens ſyr
mium venit ad ſeniorem romam·
illic volens triūphum exercere de
inimicis manubijs Credens au
tem ea occaſione poſſe vtriuſqꝫ
partis epiſcopos in dogmate con
cordaē· rurſus ſynodum in ytalia

celebrandam eſſe cōſtituit. In
terea iulius cum .xv. ānis rexiſſ
romanam eccleſiam moritur. cui
ſuccedit liberius.

Capitulum .xiiij.

Igitur in antiochia ſyrie alter he
reſiarches emerſit aetius. cogno
mento ſine deo. Is enim eadem
que arrius ſapiebat. ſed ab arria
nis ſe ſegregabat. eo quod arriū
in cōmuniōe ſua recepiſſent. Qui ſi
cuti predictum eſt aliud mente
gerens. aliud voce confeſſus eſt
dum terminum ſynodi nicene ſu
ſcipiens ſubſcripſiſſet. volēs cir
cumuenire principem. ꝓpterea er
go arrianos aetius declinabat.
Erat nam is aetius prius hereticꝰ
ꝛ feruentiſſime arrij dogma d̄fen
dere videbatur. Eruditus enim ali
quantulum alexandriam refugꝰ
eſt. ꝛ veniens in antyochiam ſy
rie vnde oriundus erat. a leontō
antiocheno pontifice dyaconus
ordinatur. Tunc ergo venientes
ad ſe. diſputationibus ſophiſti
cis eludebat. Hoc enim faciebat
ſequens cathegorias ariſtotilis
diſputans ꝛ quedam commenta
concinnās que non ſentiebat ne
qꝫ ab eruditis intētionem ariſto
tilis agnouerat. Ille namqꝫ ꝓpt
ſophiſtas tunc deridentes philo
ſophiam hoc opus inuenibꝰ ex
ercitationis cauſa conſcribens di
alecticam ſophiſtis p̄ huiuſmōi
contentiones oppoſuit. cōtempla
tus autē philoſophi libros pla
tonis ꝛ plotini declarantes ea q̄
artificioſe ab ariſtotile ſunt cōſcri
pta redarguunt. Sed aetius con
templatiuū doctorem nō habens
in cōmendationibus ſophiſticis
ꝑdurauit. Quāobrem nec intelli
gere potuit quomodo ſit ingenita
generatio ꝛ quemadmodū quod
naſcitur coeternum ſit generanti.
Parum ergo imbutus erāt etius
et diuinarum literarum ignarus
tantummodo in cōtentionibus p̄
paratus. quod etiam quilibet ru
ſticus facere poteſt. Et dum nec ve
teres qui eloquia xp̄iana fuerāt
interpretati legiſſet. aſſerebat ſe
multum gaudere libris clementis
ꝛ affricani necnon origenis. cum
vtiqꝫ fuerint illi viri totius ſapiē
tie virtutibus eruditi. Fecit igitꝰ
epiſtolas is ad imperatorē cōſtan
tium. ꝛ alias quaſdam contentiō
nes inuoluens. ꝛ quedam cōmen
ta conficiens. Quāobrem etiam ſi
ne deo vocabatur. Et licet eadem
que arrius vendicaret. tamē a ſuis
nō valentibꝰ intelligere pplexio
nes ſillogiſmoꝝ eiꝰ cū eadē q̄ illi
ſaperēt putabatur hereticus et ꝓ
pterea eorū pulſus eccleſia crede
batur illis ipſe potius cōmunica
re noluiſſe. Hactenꝰ enī ex illo ſūt
q̄ tunc quidē etiam. nūc autē euno
miani vocant. Poſteriore namqꝫ
tpe eunomius notariꝰ eiꝰ erudi
tus ab eo. editionē eius hereticā
diuulgauit. Sꝫ de eunomio locis
cōuenientibus explanabimꝰ.

Inimici ſidē Sozomeꝰ .xiiij.
fidei putātes ſe tps inueniſſe cōtra



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

defenſores eius· valde apud prin
cipem laborabant· vt eccleſijs pel
lerentur omnes qui ab eis videbā
tur eſſe depoſiti tanq̄ alterius fidei
vel quia viuo conſtante imperato
ri cōſtantio reſtitiſſent. ita vt fuiſ
ſet pene ad bellum peruentū. Preci
pue tamen athanaſiū accuſabāt
qui inuidie inimicitate neq̄ cōſtā
te viuo ⁊ cōſtantio eum ſe dilige
re profitente· ab eius moleſtia re
cedebant· Sed antyochia congre
gati narciſſus cylex· theodorus tra
chica theognius niceenus. patro
philus ſcithopoleos. minophon
tis epheſius. et alij circa triginta
ſcripſerunt omnes vniuerſis epi
ſcopis. quia contra ſanctiones ec
cleſiaſticas alexandriā remeaſſet
nec in concilio ſine culpa fuiſſet i
uentus· ⁊ iubebant vt neq̄ com
municarent ei neq̄ ſcripta dirige
rent· ſed georgio q̄ ab eis fuerat
ordinatus· Verū athanaſio nul
lus hinc ſermo fuit·

## Capitulū. xv·

IGitur deuicto magnentio cū ſolus
conſtantius romanorū tenuiſſet
imperium. omni ſtudio laborabat
vt occidētales epiſcopi cōſentirēt
eis· q̄ cōſubſtātialem eſſe patri fili
um denegabant. Et hoc faciebat
nolens a p̄mordio aperte vim face
re· ſed eis callide ſuadere vt i decre
to contra athanaſium ab orientā
libus epiſcopis habito cōſentirēt
Sperabat enim quia ſi decreto cō
muni damnaretur athanaſius·
facilius ſuam voluntatem in religio
ne cōpleret·

## Socrates·

TVnc igitur in ytaliam cōuene
runt epiſcopi orientaliū
nō multi quoniā plurimos eorū
aut ſenectus· aut itineris longitu
do prohibuit· occidētalium vero vl
tra trecētos vt precepto principis
cōcilium mediolani celebrarētur
Vbi cōuenientes orientales· an̄ oia
contra athanaſium decretū fieri
commune poſcebāt. vt hoc facto
penitus ei aditus alexandrie clau
deretur· Quod dum ſenſiſſent pau
linus gallicane treuerensis· dyoni
ſius alme metropolis italorū et eu
ſebius vercellenſis epīs· quia ad
deſtructionem fidei cōtra athana
ſium orientales agere molirent·
ſurgētes voce magna clamabāt·
dolum ⁊ circumuentiones per ea
que gerebantur xp̄ianitatis dog
matibus irrogari. Nō enim veras
contra athanaſium culpas eē di
cebant. cum ad retractionē fidei
talia probarent inuēta· illis q̄ talia
proclamātibus cōcilium tūc ſoluit epo
rum·

## Theodericus· xvi·

DEpoſito ſiquidem athana
ſio aliā heretici fidei expo
nere ſunt viſi doctrinam·
ſed neutrum horum produci potuit
ad effectum· cū p̄ſente principe dā
narent· que iniuſte agebant ⁊ impie
Quo facto ⁊ ipſi eccleſijs ſunt expulſi
⁊ in vltimis terre finibus habitare
precepti. Sed rurſus mirabilis atha
naſius hoc modo in illa ſatiſfactione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conſcribit· Quis tantum poterit
memorare· quantum illi geſſere·
Tunc enim eccleſijs pacem hꝫiti
bus ⁊ populis ꝑ collectas oranti
bus pontifex quidem romane li
berius ⁊ paulinus galliarum me
tropolitanus eṗs· ⁊ dyoniſiꝰ ita
lus· lucifer metropolitanus iſula
rum ſardinie· ⁊ euſebius ex yta
lia omnes epiſcopi boni. ⁊ p̄dica
tores veritatis abripiuntur ⁊ tra
dunt̄ exilio· nullam habentes cl
pam niſi quia in arrianam nolue
runt conſentire veſaniam· neqꝫ in
calumnijs ſubſcripſerūt noſtris
De maximo autē ⁊ optimo ſene
⁊ vere confeſſore oſio etiam loqui
credo ſupfluum Omnibus enī no
tum eſt quia etiam hūc exilio de
portari fecerunt. Non enim igno
bilis ſed cunctis noſcitur eſſe no
tiſſimus. Cui nanqꝫ non p̄fuit ſy
nodo· aut ꝓ̄de loquens nō ſatiſfe
cit vniuerſis. Que eccleſia huius
patrocinij memoriam nō habet
Quis aliquando dolens cum veni
ret ad eum non remeauit ſanus·
Quis indigens cum petiſſet· non
meruit quod poſ oſcit. Et tamen
etiam contra hunc talia preſum
pſerunt· quia impietas eorū mo
limia cognoſcēs noluit ꝓpria ſb
ſcriptōe firmare· Socrates·
IGitur imperator illos quidē mit
tit in exilium generale vero conci
lium cogitabat fieri· quatinꝰ om
nes orientales epiſcopos venien
tes ad occidentem ſi poſſet cōcor
des efficeret· Qd cum ꝑpter itineris
ſpatia difficile videret· duplicem
tractauit ſynodum celebrari· vt ī
ariminum quidem itali qui tunc
quidem aderant conuenirent· oriē
tales autem ī nicomediam bithi
nie ciuitatem. Hoc ergo impato
re tractante· effectus non euenit vt
voluit· neutrū vero cōcilium ſibi
met cōcordauit· ſed vtrunqꝫ diui
ſum eſt. Neqꝫ vero arimino cōue
nientes alterutris inter ſe ꝯſona
re potuerunt ⁊ orientales in ſeleu
tia iſaurie ꝯgregati aliud ſciſma
ſūt paſſi· quod ſuo loco narrabi
tur. Theodoricus· xviij
EGo ſiquidem liberij per
omnia famoſiſſimi habi
tum ꝓ veritate dyalogū
contra ꝯſtantium volo referre· qm̄
a fidelibus illius temporis eſt cō
ſcriptus. Is ei poſt initiū ſilueſtri
ſucceſſorē· gubernauit romanā ec
cleſiā· Diſputatio īpatoris ꝯſtan
tij· ⁊ liberij romaī pōtificis Cōſtā
tius īpator dixit Nos eo qd xpia
nus ſis ⁊ eṗs nr̄e ciuitatis dignū
hoc indicauiꝰ vt euocātes te· mo
neremꝰ· q̄tinus ꝯmunionē atha
naſii ſceleſtiſſimi ⁊ ineffabili ſuper
bia detecti abnegare nō differas·
Hoc enim terrarum orbis pene ſi
eri ꝯprobauit· ⁊ ſynodali ſenten
tia alienū ab eccleſiaſtica ꝯmuni
one decreuit· Liberius eṗs dixit·
O impator· iudicia eccīaſtica decꝫ
cū maxima proferri iuſticia· Qua
ꝓpter ſi videt̄ pietati tue diſcepta
tionē inde cōſtitui· ⁊ ſi apparuerit
athanaſius ꝯdemnatione dignꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tunc ſm eccleſiaſtice conſequētie
formaʒ proferatur in eum digna
ſentētia. Nō enim poſſibile eſt cō
dempnare viruʒ: de quo nichil ex
aminatū ē. ꝙ nullꝰ debet dānari
niſi ſua cā ſit ṗus audita. Conſtā
tiꝰ imparator dixit. Vniuerſus mū
dus adiudicauit eius facinora ſ3
ille ſicut ab inicio tēpus illudit.
Liberius epiſcopus dixit. Quicū
ꝗ3 conſcripſerunt nō ipſi viderūt
que geſta ſunt. Sed ꝓpter gloriaʒ
⁊ timorem. ⁊ ne a te cōtumeliam
paterentur acquieuerūt. Impera
tor dixit. Quid eſt gloria ⁊ timor
⁊ cōtumelia. Liberius dixit. Qui
cumꝗ3 gloriam dei nō diligūt tua
magis dona preponūt. Quē ergo
iſti nō viderunt. nō examinātes
adiudicauerūt quod eſt xpiſtia
nitatis alienum. Imperator dixit
In facie vtiꝗ3 cōdempnatus eſt. i
cōcilio tiri. ⁊ in cōcilio contra euʒ
pariter decreuerūt omnes totius
orbis epiſcopi. Liberius dixit. Nū
ꝗ̄ in preſētia fuit homo ille iudica
tus eſt. Quicumꝗ3 enim tūc cōue
niētes condempnauerūt eum. diſ
cedente athanaſio a iudicō ſentē
tiam ꝓtulerūt. Euſebius eunuchꝰ
dixit. In niceno cōcilio alienus a
catholica fide ꝓbatus eſt. Liberiꝰ
dixit. Quinꝗ3 ſoli iudicauerūt ex
hijs: qui cum eo nauigio venerāt
in mareote quos miſerūt ad accu
ſationem eius. vt contra eum ge
ſta cōficerent. Horꝫ itaꝗ3 qui deſt
nati ſūt duo mortui ſūt. theoginꝰ
⁊ theodorus. reliqui vero tres vi
uūt. Hoc eſt valens. maris ⁊ vrſa
tius. ab hijs qui miſſi ſunt ſardi
ce. Propter hāc cauſam ſinodus
celebrata ē. Qui in ſinodo libellos
optulerunt veniam poſtulantes:
quoniā in mareote ꝑ calumpniā
ex vna parte cōtra athanaſium
geſta cōfecerunt. libellos eorꝫ nūc
pre manibus habemus. Cui horꝫ
nos credere ⁊ cōmunicare ꝯuenit
imperator: hijs qui primitus dā
nauerūt ⁊ veniam poſtea popoſce
runt. an eis qui adhuc hec accuſa
re ꝯtēdunt. Epictetus epiſcopus
dixit. O imperator nō fidei cauſa
hodie neꝗ3 iudiciorꝫ eccleſiaſtico
rū ſermonem facit. ſed vt apud
ſenatores in romana cōſtitutos
vrbe glorietur: quaſi ſuperauerit
principem. Imperator ad liberiuʒ
dixit. Quota pars totius orbis
quoniā tu ſolus hominem vindi
cas nefandiſſimū ⁊ orbis terrarꝫ
pacem eccleſieꝗ3 diſſoluis. Liberi
us dixit. Nō eo ꝙ ego ſum ſolus
fidei cauſa minuitur. naʒ ⁊ antiꝗ̄
tus tres ſoli reperti ſunt. reſiſten
tes precepto regis. Euſebiꝰ eunu
chꝰ dixit. Imperatorem noſtrum
nabuchodonoſor feciſti. Liberius
dixit. Nō: ſed ita racōnabiliter ad
iudicādus eſt homo: qui nō eſt
examinatus. Hic ego primitꝰ pe
to generalem proferre ſubſcripti
onem confirmantem fidem nicea
prolatam. vt ita reuocatis ab ex
ilio fratribus noſtris. ⁊ in locis
proprijs reſtitutis. ſi hij qui tur
bas pariunt eccleſijs viſi fuerūt

apoſtolice fidei conſentire. tunc a
pud allexādriam conuenientes
omnes. vbi ⁊ accuſatus ⁊ accuſa
tores ſunt. ⁊ defenſor eorꝝ examiā
ta cauſa poſſumus ꝓferre ſentēti
am. Epictetus epiſcopꝰ dixit. Sed
curſus publicus nō ſufficit ſubie
ctum epiſcoporū. Liberius dixit. Ec
cleſiaſtice cauſe publico curſu nō
egent. Eccleſie namqꝫ ſufficiūt vſ
qꝫ ad mare perducere ſuos epiſco
pos. Imperator dixit. Que dudū
ſuſceperunt formam ſolui nō poſ
ſunt. Plurimorꝝ namqꝫ epiſcopo
rū debet valere ſentētia. qui ipſi eccl'i
arꝝ rectores ordinati ſūt. Tu ſolus
es qui amicicias illius ſcelerati de
fendis. Liberius dixit. Imperator
numquā audiuimus abſente accu
ſatore iudicem eius ſcelera profe
rentem. niſi quia ꝓpria hec odia vi
detur. Imperator dixit. Omnibus
equidem nocuit in cōmune. nulli
tamē ita ſicuti michi. Cui dū nō
ſufficeret interitus fratris mei ma
ioris. neqꝫ beate memorie conſtā
tem ceſſauit in meis inimicicijs
frequēter impellere: niſi nos ma
iori māſuetudine detenti impellen
tes momēta temperaſſemus. Nul
la itaqꝫ michi victoria eſt. neqꝫ cō
tra magnētium vel ſiluanū: niſi
illū ſceleſtum ab eccleſiaſticis ex
pulero rebus. Liberius dixit. No
li per epiſcopos vindicare tuas ini
micicias. Manus enim eccleſiaſti
corꝝ epiſcoporꝝ ad ſacrificādum
vacare debēt. Quapropter ſi tibi
videtur iube vocari ad ꝓpria loca
ſacerdotes. ⁊ ſi concordes apparue
rint ei quem nos in preſenti defen
dimus ſcḋm fidem orthodoxam in ni
cea cōſtituta ſinodo. tunc conueni
entes prouidebūt ꝓ mundi pace
⁊ homo qui nō peccauit nō repro
betur iniuſte. Imperator dixit. Vt
nū eſt quod queritur. Volo enim
te amplectentem eccleſiaſticam cō
munionem rome denuo deſtina
re. ⁊ ꝓpterea concordia paci ⁊ ſub
ſcribēs rome reuertere. Liberiꝰ dix
it. Rome iam fratribus valedixi.
Maiores enim ſūt eccleſiaſtice ſā
ctiōes. quā romane habitatio ciui
tatis. Imperator dixit. Ergo triū
dierum ſpacium ad deliberacōem
habes. Si vis ſubſcribere rome re
uertere. aut certe cogita in quem
vis deportari locum. Liberius dix
it. Spacium dierum trium ratio
nē nequaquā mutare poteſt. qua
propter vbi vis dirige me. Impe
rator autē poſt duos dies exami
nato liberio. ⁊ nequaquā a ſuo ꝓ
poſito reuocato: iuſſit eam in Be
riā trachie exilio deportari. Egre
diente liberio: imperator ad expē
ſas quingentos ſolidos deſtina
uit. Tunc liberius referenti dixit.
Vade ⁊ da eos imperatori. opus
enim habet ſuis militibus eroga
re. Similiter ⁊ auguſta tantos ei
direxit. Liberius dixit. Redde hec
imperatori. opus enim habet hec
ad expenſas militum ſuorum. Si
enim imperator hec non habet o
pus. det eos auxentio ⁊ epicteto
illi enim opus hec dicta habent.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dumq; ab eis nichil accepiſſz. eu
ſebius eunuch⁹ obtulit ei alios
ſolidos. Cui liberius dixit Totius
orbis eccleſias deſolaſti. et tamq̄
dampnato michi hec affers. Vade
prius eſſe imbuere xp̄ianus. His
geſtis. poſt tres dies nihil accipi
ens miſſus exilio eſt.

Capitulū decimūoctauū.

VEritatis itaq; ꝓpugnator
et victor trachiā ſicut fue
rat iuſſum vt pueīt duo
buſq; tranſactis annis. ꝯſtanti⁹
romā venit. Procerum vero ſena
torumq; ꝯiuges rogabant viros
ſuos vt conſtantio ſupplicarent.
quatinus paſtorem gregibus re
ſtitueret. Aiebant enim. quia niſi
flecterēt animū principis. eos ipſe
relinquerent. et ad paſtorem illū
maximū ꝑperarent. At illi dixerūt
Nos furorem principis formida
mus. nec forte aliquā veniā ꝑme
remur. ſed forte vobis inquiunt
magis parcet rogantibus et vnū
alterius fiet. aut p̄ces ſuſcipiet. q̄
ſi flecti nequiuerit. ſine aliqua in
iuria nos dimittet. Hoc ꝯſilium
mulieres ille laudib⁹ maximis p̄
ferende pcipientes. cū ornatu ſoli
to adierunt impatorem. quatin⁹
ex veſte ſublimi īſignes eas et no
biles arbitratus reuerentiam eiſ
haberet et parceret. Adeuntes enī
principem. tali voce clamabant.
Miſerere tante ciuitatis. paſtoris
ꝓuidentiam nō habentis. que lu
porum patet inſidiis. At ille rēſpō
dit. non egere alio paſtoē ciuita

tem. eſſe nāq; pontificē. q̄ eorū
curā haberet. Poſt magnū nāq;
liberium quidam dyaconorū ei⁹
felix nomine fuerāt ordiatus eiſq;
expoſitam in nicea fidē inconcuſſe
ſeruauit. ſed corruptoribus eius
ſine diſcretione ꝯmunicabat. Nul
lus tamen habitantiū rome ī ba
ſilicam ingreſſus eſt. cum ille it⁹
aſtaret Hoc autem etiam matro
ne ille imperatori dixerunt. Qua
gratia flexus p̄cepit illū met omīa
egregiū reuocari. et vtranq; eccle
ſiam gubernare ſimul. His ergo
literis ī circenſi ſpectaculo relectis
populus clamabat iuſtā principis
pis eſſe ſentētiam. vt ſicut dupli
cib⁹ coloribus diuiſi ſunt ſpecta
tores ſic oporteret alterum his. al
terum aliis p̄ſidere Cum ergo pri
mitus pncipis literis ſic cauiſſēt.
poſtea ꝯmoti cōmuni clamauerūt
voce Vnus deus. vnus xp̄s. vn⁹
ep̄s. Ipſas enī voces. et ego iuſtū
ponere iudicaui. Poſt has vero
xp̄o amabilis populi pias et iuſti
cia ornatas voces ſcīſſimus q̄dem
liberius eſt reuerſus. felix autem
recedens habitauit ī aliā ciuitatē

Socrates. xix.

EA tempeſtate leontō mo
riente. qui hereticū etium
diaconū ordinauīat. eudo
xius germanice ep̄s q̄ eſt ciuitas
ſyrie cū eſſet rome p̄ſs. tūc finxit
ſibi cauſam neccītatis incumbē. et
impatori calli de locutus. quaſi ci
uitas germanicioꝝ eius ꝓuidētia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

atq; cuſtodia indigeret. petijt vt
remearet ad ꝓpria. Quem princeps
nihil ꝑſpiciens abire dimiſit. At
ille cubicularios cooperatores ha
bens. relicta ciuitate ſua antyo
chenum vſurpauit epiſcopatum
Fouere namq; ſtudebat etium. Ob
quam rem niſus eſt concilium fa
cere ſacerdotum ⁊ ordinationē ei
reſtaurare dyaconatus Quod ne
quaq̄ geſtum eſt. eo quod maiꝰ
valeret odium contra etium. q̄m
eudoxij deſiderium. Et de his quidē
tantū noſſe ſufficiat.

## Capitulum viceſimū.

EOrum igit̄ qui arimio cō
uenerunt orientales ea q̄
de athanaſio geſta ſunt
taciturnitati tradētes. ad ↄcilium
ſe occurriſſe dicebāt. Quorū ſtu
dio coherebant vrſatius ⁊ valēs
qui ab initio quidem arrianū do
gma tenuerant. in medio autem
omouſianis ↄſenſerant. dato li
bello romano pontifici. ſicuti iam
dictū eſt. Iſti namq; ſemp ad ptes
ꝓ tpe valentiū declinabāt quoꝝ
adiutores erant. germanius. au
xentius. dimophilus. ⁊ gaiꝰ Dū
ergo in ↄcilio p̄ſentium alter ali
ud ꝓponere conaret̄. tū vrſatius
⁊ valens dicebāt. Omnia que de
fide dicta ſunt debere ſuſpendi ⁊ ſu
ſcipiendā nouellā expoſitionem
quā paulo ante ſyrmio ↄuenien
tes ediderant. Hec dicentes. ⁊ car
tulam p̄ manibus habentes legi
fecerunt ſcd̄m expoſitōnē ſyrmio
fidei prolatam. quam ibi quidem
ſicuti predixi celauerunt. arimino
autem oſtenſa eſt. cuiꝰ exēplar
hoc eſt. Expoſita fides p̄ſente dn̄o
noſtro conſtantō. conſulatu euſe
bij. et ypatij ſyrmio. xi. kalend.
iunij.

CRedimus in vnum deum
verū patrem omnipoten
tem creatorem ⁊ opificē
omnium. ⁊ in vnum vnigenitum
filium dei ante omnia ſecula ⁊ an
te omnē principium. ⁊ ante om̄e
quod opinari poteſt. ⁊ ante oēm
perceptibilem opinionem. natū
impaſſibiliter ex deo. per quem ⁊
ſecula perfecta ⁊ omnia facta ſūt
Natum autem vnigenitum ſolū
ex ſolo patre. deum ex deo. ſimilē
generanti patri ſcd̄m ſcripturas
cuius generationem nullꝰ nouit
niſi ſolus qui genuit pater. Hūc
nouimus vnigenitum eius filiū
nutu paterno veniſſe de celis ad
deſtructionem peccati et natū ex
maria virgine. et cum diſcipulis
conuerſatum ⁊ omnem compleſ
ſe diſpenſationem ſecundum pa
ternam voluntatem. crucifixum ⁊
mortuum. ⁊ ad inferos deſcēdiſſe
⁊ q̄ ibi erant diſpenſaſſe. que iai
tores inferni videntes expauerūt
⁊ die tercia reſurrexiſſe. et cum di
ſcipulis conuerſatum. ⁊ quadra
ginta diebus expletis in celos
aſcendiſſe. ⁊ ſedere ad dexteram

patris·ꝛ venturum in nouiſſima
die in gloria patris ad reddendū
vnicuiqꝫ ſcd̄m opera ſua·Et in ſpi
ritum ſanctum quē ipſe vnigenit⁹
dei filius ihieſus xp̄s mittere com
promiſit generi hominū conſola
torem ſcd̄m quod ſcriptū eſt Va
do ad patrem meū ꝛ rogabo prē
meum ꝛ alium conſolatorē mit
tet vobis ſpiritum veritatis. ille
ex meo accipiet. ꝛ docebit ꝛ com
memorabit vobis omnia·Nomē
vero ſubſtantie qd ſimpliciter a
patribus poſitū a populis igno
retur·ꝛ ſcandalum faciat·ꝛ quia
nec ſcripture hoc continent pla
cuit abrogari·ꝛ omnino nullam
memoriā ſubſtantie in deo eſſe·de
cetero· eo qd diuine ſcripture nuſ
q̄ de patris ſubſtantia filijqꝫ me
minerint·Similem vero dicim⁹ fi
lium patri ꝑ omnia· ſicuti ſancte
ſcripture dicunt ac docent·His ita
qꝫ lectis·conſurgentes quib⁹ hec
diſplicebant aiunt·Non fide agē
tes huc venimus·integra nanqꝫ
ſeruamus·que ꝑcipimus ab ini
tio·ſed magis vt ſi qua circa hec
nouitas ſit omnino ꝓhibeamus
Si ergo hec que lecta ſunt nullā
faciunt nouitatem aperte iā ana
thematizat hereſim arrianam· et
ſicut alias hereſes regula eccleſie
Que etiam nunc fiunt excitantqꝫ
ſeditiones toti orbi terrarum· val
de notiſſimum eſt·Hec ergo ꝓpo
ſitio dum ab vrſatio et valente ꝛ
reliquis ſuſcepta non fuiſſet· ad
plenum diuiſit eccleſiam·Alij nā
qꝫ his que arimino lecta ſunt con
ſenſerunt·alij vero nicenā denuo
fidem roborauerunt·Deriſerunt
autem conſcriptionē illius lectōnis
ꝛ maxime athanaſius alexandri
ne ciuitatis epiſcopus·i epiſtola
quā ſuis familiaribus deſtinauit
Quam qui legit·inueniet q̄ forti
ictione ſit plena·

Theodoricus.

Dicebant enim arriani ari
minino conuenientes volen
tibus heſperijs ſuadere
ſimplicioribus·quia non oporte
ret ꝓpter duo verba que nec inue
niuntur ſcripta ſeparari corpus
eccleſie·ſed ſimilem per omnia ꝓ
fiteri filium genitori ſubſtātie vel
nomen tacere· Sed fallaciam ſen
tientes horum omouſiam pontifi
ces·eos abdicauerunt·Ipſi vero
literis inſinuauerunt imperatori
ꝓpriam voluntatem· dicentes fili
os ſe eſſe patrū niceni concilij pa
riter ꝛ heredes·

Socrates·xxi·

Hoc tamen ſciendū· quo
niam ſynodus quidem
vrſatiū·ꝛ valentē·auxē
tium ꝛ germinium·gaium·et de
mophilum eorumqꝫ ſocios condem
nauit·arrianū dogma anathema
tizare nolentes·Qui ꝓpē dānatio
nē indignati·ad ꝑncipē celerit̄ ad
uenerūt· portātes lectā in cōcilio
fidē.

Theodoricus.

Apertius āt integrā fidei regulā
eorū ep̄la ad conſtantiū ſcrip
ta monſtrauit· cuius verba hec
ſūt.

Ep̄la cōcilij ariminen̄ſ·

ad imperatorem conſtantinum de
ſtinata.

Diuina iuſſione ⁊ precepto
pietatis tue olim dogmati
zata confidimus. in arimi
num nanqꝫ ex vniuerſis occidēta
libus ciuitatibus omnes conueni
mꝰ ſimul epiſcopi vt ⁊ fides catho
lica cognoſceretur eccleſie ⁊ qui cō
traria ſapiunt panderentur. Mul
tum nanqꝫ diſceptantibus nobis
inuenimus optimū eſſe ſtatutam
fidem antiquitus permanere. quā
etiam prophete euangelia. necnō
apoſtoli p iheſum xp̄m p̄dicaſſe
noſcuntur. qui et tui ꝓtector regni
tueqꝫ ſalutis auxiliator eſt. quatiꝰ
hanc tenentes cuſtodiamus. ⁊ cu
ſtodientes ad finem vſqꝫ ſeruemꝰ
Incongruum enim nefariumqꝫ vi
detur. ex his que recte ⁊ iuſte defini
ta ſunt. aliquid permutare. id eſt
horum que nicea cōmuniter cū glo
rioſiſſimo conſtantino patre tuo
atqꝫ imperatore deliberata atqꝫ de
fixa ſunt. quoꝝ doctrina atqꝫ ſētētia
diſcurrit ⁊ p̄dicatus eſt in omniū
hominum auditus ⁊ mentes Hec
fides ſola arrianam hereſim expu
gnauit et pdidit per quam non il
la ſola ſed ⁊ relique hereſes dāna
te ſūt. cui vere addere quicꝙ̄ incau
tum eſt. ⁊ auferre periculoſum. Si
ſiquidem horum alterum fiat. erit
inimicis facultas agendi que vo
lunt Quapropter vrſatius ⁊ valēs
quoniā pͥcipes ⁊ ꝯcordes arriani
dogmatis erant a noſtra ꝯmunio
ne ſunt ſegregati. quā vt reciperēt
cognoſcentes delicta quibus pecca
uerunt penitentiam atqꝫ veniam
impetrarē poſcebant. ⁊ reſcripta eo
rum hec ita ſe habere teſtantur. p
que criminum veniam cōſecuti ſūt
Erat enim tempus quo hec geſta
noſcuntur. quando mediolana ſy
nodus celebrata eſt preſentibus
eccleſie romane preſbiteris. cogno
ſcentes ſimul etiam poſt mortē di
gniſſime memorie nominandum
conſtantinum cum omni integrita
te ⁊ examinatione conſcriptā expo
ſuiſſe fidem. Qui cum ab hac luce
baptiſmate percepto diſceſſerit. et
ad premia debite pacis abierit. in
congruum iudicamus eſſe. poſt il
lum aliquid nouitatis admittere
tantoſqꝫ cōfeſſores ſanctos ⁊ mar
tyres. et huius dogmatis conſcri
ptores inuentoreſqꝫ deſpicere. qui
ſcd̄m antiquā eccleſie ſanctionem
p omnia ſapuiſſe noſcuntur. quo
rum fidem deus in tempora imperij
tui tranſmiſit per dominum noſtꝝ
iheſum chriſtum. per quem tibi
imperium tale conceſſum eſt. vt
etiam noſtri orbis terminos opti
neres Ruſus ergo infelices iſti et
ſapientia vitiſſimi preſumptione
nefaria impie cogitationum predi
catores ſemetipſos annunciarūt.
et veritatis terminum mutare con
tendunt. Dum enim ſecundum tu
um preceptum concilij inā celebra
rentur. illi cōcilium ſue fallacie nu
dauerunt. Nitebantur enim cal
liditate quadam atqꝫ et ſeditione

aliquid nouitatis īferre· Huiuſmo
di enim malicie captos inuenim⁹
germinium quendā· ⁊ auxentiu3·
atq3 gaiū heresim contentōnem q3
facientes· quorum doctrina vna q̄
dem exiſtens vniuerſa3 molē blaſ
phemiarum tranſcendere ꝯprob a
tur· Qui cum viderent nos neq3 ſue
voluntatis eſſe· neq3 concordes ho
rum que male ſapere videbantur
a noſtro ſe concilio mutauerunt·
vt quaſi aliud conſcribere viderē
tur· Erat vero tempus breue· quod
etiam eorum aperuit volūtates. Se3
vt nō ſemper eccleſiaſtice cauſe in
eaſdem incurrant cōcuſſiones· nā
turba atq3 ſedicio repetita vniuer
ſa confundit· firmū nobis viſum
eſt· que dudum decreta ſunt legali
ter q3 ſeruentur· Predictos autem
viros a nostra cōmunione ſecreui
mus· qua cauſa legatos ad tuam
manſuetudinē miſimus· ꝯcilij ſen
tentiam per noſtra3 denūciaturos
epiſtolam. Legatis autem pre om̄i
bus iſta precipimus· vt veritatem
affirment ex priſcis ⁊ iuſtis ratio ī
bus exponentes· Qui etiam tuam
religionem inſtruant· quoniā nō
ſicut ait vrſatius atq3 valens· erit
pax ſi quid iſtarum ſanctionum
fuerit immutatum· Quomodo em̄
pax eſſe credenda eſt apud eos·
qui pacis iura ſubuertunt. Con
tētio enim ⁊ ſeditio ꝑ hec inter reli
quas ciuitates eccleſie romane po
tius orietur· Quapropter tue man
ſuetudini ſupplicam⁹· vt placidis
auribus noſtros legatos audias
⁊ oculo tranquillo reſpicias· neq3
ad iniuriam defunctorum noui ali
quid immutari permittas· ſed per
manere nos ſinas in his que a ꝓ
genitoribus ſancita atq3 definita
ſunt· quippe quos omnia cum deli
beratione atq3 ſcientia et ſpiritu ſā
cto celebraſſe confidimus. Ea eni3
que ab illis nunc innouantur· cre
dentibus quidem incredulitatem ī
ferunt non credentibus vero credu
litatem· Supplicamus itaq3 vt pre
cipias eos qui diuerſa loca detinēt
quos ⁊ etatis grauamen et angu
ſtia paupertatis affligit· ad ꝓpria
remeaē ne deſolate ſublatis epiſco
pis videantur eccleſie permanere·
Super hec autem etiam hoc roga
mus· vt nichil his que iam termi
nata ſunt addatur aut adimatur
ſed omnia inuiolata permaneāt·
que ⁊ a pietate tui patris ⁊ tuis q̊
q3 ſunt conſeruata tempoibus· ne
q3 nos de cetero fatigari ⁊ a ꝓprijs
parrochijs alienos eſſe ꝑmittas
quatinus epiſcopi cum ꝓprio po
pulo in pace orare ⁊ diuino cultui
vacare poſſint· ſupplicantes deo ꝓ
pace tui imperij pariter et ſalutis·
quam tibi diuinitas in perpetuu3
largiatur. Noſtri vero legati epiſco
porum ſubſcriptiones et nomina
deferunt· qui etiam lectione diuie
ſcripture religionem tuam poterūt
edocere·

Socrates· C·xxij·

Hec itaq3 ſynodus ſcripſit·
⁊ per epiſcopos deſtiauit

Vrſatius aūt ⁊ valens eorum p̄ re
uenientes aduentū derogauerunt
cōcilio. oſtendentes imperatori ex
poſitionem fidei quam p̄ eſtabant.
Jmpator aūt arriano dogmati fa
uens indignabatur aduerſus ſy
nodum ⁊ vrſatium ac valentem po
tius honorauit. Quāobrem qui a
ɔcilio fuerant deſtinati tardauerūt
non valentes impetrare reſponſuȝ
Sero tamen ad ſynodum conſtan
tius p p̄ſentes ep̄os huiuſmodi
ſcripta direxit.

Epiſtola impatoris ɔſtantij ad
ariminenſe conciliū.

Conſtantius imperator. vi
ctor ⁊ triūphator auguſt⁹
vniuerſis epiſcopis arimi
no congregatis. Semper equidem
⁊ p̄ omnib⁹ cogitare nos de ſacra
⁊ adoranda lege non ignorat vr̄a
benignitas nūc viginti quos vr̄a
ſapientia deſtinauit epiſcopos. le
gationis ſue cauſam interim vide
re nequiuimus. cum ſit nobis ne
ceſſarium circa barbaros iter. ⁊ ſi
cut noſtis decet animo puro ab oī
cogitatione vtilitatē diuine legis
examinare. Juſſimus igitur epiſco
pos in adrianopoli noſtrā ſuſtine
re regreſſionem. vt cum vniuerſa
reſpublica fuerit bene diſpoſita. tūc
que geſſerunt audire poſſim⁹. No
ſtre ergo ſanctitati n̄ videatur one
roſum eorum expectare regreſſum
vt dum redeunt noſtrū nobis refe
rentes reſponſum. pducere poſſitis
ad terminum que eccleſie catholi
ce vtilia eſſe noſcuntur. Has lite
ras ſuſcipientes ep̄i talia denuo re
ſcripſerunt.

Ep̄l'a ariminen̄. concilij ad ipe
ratorem conſtantinum deſtinata.
Capitulū. xxiij.

Litterās clemētie tue ſuſcepi
mus domino deo amabil'
imperator. quibus confite
tur quia ꝓpter neceſſitatē publicā
interim non potuiſtis noſtros vi
dere legatos. noſq; iubetis vt eoꝝ
ſuſtineamus aduentuȝ donec que
a nobis decreta ſunt ⁊ noſtris ꝓge
nitoribus conſonare noſcunt̄. ab
eis pietas veſtra recognoſcat. Quā
obrem ⁊ nunc per has literas ꝓfi
temur atq; firmam⁹ nequaq̄ nos
a ꝓpoſito noſtro recedere. Hoc enī
noſtris legatis iniunximus. Sup
plicamus igitur vt animo trāquil
lo ⁊ p̄ſentis noſtre mediocritatis
literas relegi iubeas ⁊ illa que per
legatos noſtros mandauimus li
benter accipias. Jllud itaq; nobiſ
cum conſiderare tua mā ſuetudo de
bet. quanta ſit modo triſticia. quā
tuſq; meror. vt beatiſſimis tpibu'
tuis tante eccleſie priuate videant̄
epiſcopis. Et ꝓpterea rurſus depre
camur tuā clementiā dn̄e deo ama
bilis impatoꝛ. vt ante aſperitatem
hyemis ſi tamen placet veſtre pie
tati nos ad noſtras eccleſias remea
are p̄cipias. quatin⁹ etiā nūc poſſi
mus omnipotenti deo ⁊ dn̄o ſalua
tori noſtro xp̄o eius filio vnigeni
to ꝓ tuo imperio ſollēnes oratōes
celebrare cum populo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Capitulum xxiiij.

CVm hec ſcripſiſſent et mo
dicum ſuſtinuiſſent tēpus
imperatore nullum donāte
reſponſum. ad ciuitates ꝓprias re
ceſſerunt. Princeps autem cum et
prius contenderet arrianā ſectam
p eccleſias ſeminare. occaſionē iu
rie ſue illorum habuit diſceſſionē
vt eorum concilium videretur ſolu
tum eē. Quapropter vrſatio ⁊ his
qui circa eum pmiſſionem dedit cō
tra eccleſias agendi fiducialiter
quodcumqꝫ placuiſſꝫ. ¶ Explana
tionem vero lecte in arimino fidei
iuſſit p eccleſias italas deſtinari p̄
cipiens vt nolentes in ea ſubſcribe
re pellerentur eccleſijs. ⁊ in eorum
locis ſubrogarentur epiſcopi.

## Socrates. xxv.

URſatius aūt eiuſqꝫ conſenta
nei ab ytalia diſcedentes. ve
nerunt ad ciuitatem thracie noīe
nicea. Quo breui tempore commo
rantes aliud facere concilium. ⁊ le
ctam in arimino expoſitōnem fidei
greco interp̄tantes eloquio publi
catam confirmauerunt. ⁊ poſtea di
uulgabant eam eſſe fidem que ab
vniuerſali concilio ⁊ dictata erat
⁊ edita nicee vt ſimilitudinem no
minis nicheni ſimpliciores hac ſb
reptione deciperent. Putabant ei
in nichea bithinie eſſe dictatam fi
dem. ſed nichil ꝓfuit eis tale cōmē
tum poſt paululum vo confuſi at
qꝫ deriſi ſunt.

## Sozomenus. xxvi

INterea ſentiens athanaſius
ſibi inſidias p̄parari nequa
q̄ꝫ ad imperatorem venire p̄ſumpſit
neqꝫ hoc vtile indicauit. ſed electos
ex egypto quinqꝫ epiſcopos. inter
quos ſerapionem themuienſem
virum precipua vita ſanctum ⁊ ad
loquendum valde copioſum. mie
tit ad principem tunc in occidente
degentem. cum quibus etiam tres
preſbiteros per quos ſibi placarꝫ
imperatorem. et pro legationibus
ſatiſfaceret inimicorum aliaqꝫ face
rent que eis vel eccleſijs expedirēt
Quibus nauigantibus paulopꝰ
litere venerunt imperatoris euocā
tes eum. Ob quam rem ⁊ athana
ſius ⁊ populus eſt turbatus. cum
neqꝫ heretico imperatori obedire cau
tum eſſet. neqꝫ reluctari ſine pericu
lo. Verumtamen ire diſtulit. ⁊ lite
rarum portitor ſine effectu reuerſus
eſt. Superueniente autem eſtate.
veniens alius ab imperatore miſ
ſus cum prouīcie iudicibus coge
bant eum clerocꝫ nimis erat infe
ſtus. Porro populum paratum vi
dens ad bellum. etiam iſte reuerſus
eſt. Non multo poſt tempore con
gregātur ex egypto ⁊ lybia legio
nes. ⁊ cum nunciatum eſſet celari
athanaſium in eccleſia que voca
tur theone aſſumens milites dux
eorum ⁊ hylarium ab imperatore
denuo deſtinatum inopinate fra
ctis ianuis in eccleſiam introiuit.
⁊ vbiqꝫ requirens athanaſium ⁊
non inuenit. Dicitur enim quia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſepius diuino nuncio ꝑicula mł-
ta fugerit· ſicut etiã deo ꝓuidente
hoc diſcrimen euaſit·

Sozomenus·xxxiiij·

EX illis ⁊ huiuſmodi factis
ei a deo ꝑnunciatis· a paga
nis ⁊ hereticis appellabatᷣ magus
Sermo namq; fertᷣ eo qđ aliquã
do eo ꝓcedente ꝑ ciuitatez· cõtigit
auolantem corniculã clamitare·
Quo facto aſtãs multitudo paga
norum veluti mago derogãtes· pe
tebant vt eis aperiret quid corni
cula illa ſignificaret· Ille vero fer
tur ſilentio dixiſſe ſubridens· cras
latina lingua dies ventura ſignifi
catᷣ· Hoc ergo clamans· triſtẽ vo
bis craſtino ſignificat diem· per
imperatoris romani iuſſionem· Et
ita cõtigit· vt athanaſij ſermo li
cet deriſus fuerit veneit ad effectũ
Altera nãq; die ꝑncipis litere ve
nerunt ad iudices intentes vt pa
gani ſua ingredi non ꝑmitterentᷣ
tẽpla. neq; ſollẽnes ſupſtitiões fe
ſtiuitateſq; celebrarẽt· Tũc ergo
feſtiuitas eoꝝ venerabilis gencã
tiſq; deſtructa eſt·

Capitulũ·xxviij·

CVm igitur freq̃nter ſicut
ti dictũ eſt athanaſi9 peri
cula declinaſſet· clerus et
populus ei fauens tenebat eccle
ſias· donec ꝑfect9 egyptia dux mi
litum eijcientibus eos ⁊ ſuſtinen
tibus georgio eas cõtradicerent
Qui nõ multo poſt venit· et eccleſi
as ſuo iure poſſedit· Qui dũ ꝑter
ſcheſma ⁊ mores ſacerdotij violen
tus extiſtẽt· ⁊ maxime circa atha
naſij laudatores· quib9 vtiq; vin
cula ⁊ plagas viris ac feminis ve
lut tyrann9 inferebat· ãcceſſus po
pulus pene peremerat eum niſi vix
ereptus fugiſſet ad ꝑncipem Quo
facto rurſus ſequaces athanaſij
eccl͂ias multo tp̃e tenuerũt Quas
iterũ veniens dux egypti· georgij
noſcitᷣ tradidiſſe fautorib9 Poſt
hec aũt exceptõre ꝑncipis venien
te· multi alexandrinorũ ſupplicio
traditi ſunt· Poſt quẽ etiã ipſe ge
orgius terribilior ſupuenit· ⁊ ꝑori
tp̃e magis odibilis tanq̃ qui mo
uerit principem ad multoꝝ nece͂·
Cui itaq; derogabãt egyptij mo
nachi· quoꝝ gloriã vniuerſa mł
titudo ſequebatᷣ· ⁊ vera eoꝝ teſti
monia indicabat· q; ſumme phi
loſophie virtute degebãt·

Theodoricus·

QVia igitᷣ expoſitam fidẽ nice
nã trachie oẽs accuſant mi
lites veritatis et ꝑcipue habitan
tes heſperiã· teſtantᷣ littere ab eis
ad ylliricũ deſtinate· Quaꝝ litera
rum auctor fuit ep̃s eccleſie tunc
romane damaſus· qui p9 liberiuz
pontificat9 iura ſuſceperat· mł tis
virtutuz ornatus inſignibus· Ha
buitq; in hijs literis nonaginta
conſortes ex ytalia atq; gallijs li
romana vrbe conuenientibus· quoꝝ
nomina ꝓpᷣ multitudinẽ ponere di
ſtuli· Textus aũt epłe talis eſt·

Capitulum·xxix·

DAmaſi9 ⁊ valeriã9 ⁊ ceteri ep̃i
dilectiſſimis frib9 in yllirico



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ↄſtitutis epiſcopis in domino ſa
lutem. Credimus ſanctam fidem
veſtram in apoſtoloꝝ eruditione
fundatam hanc tenere. ⁊ hãc po
pulis vniuerſis exponere. que vi
delicet a conſtitutis patrum nl'la
ratione diſſentit. per quos inſtũ
eſt ceteros erudiri. ſed relatione
gallicanorum ⁊ veneratorum fra
trum quoſdam hereſibus fauere
cognouimus Quod malum non
ſolum cauere debẽt epiſcopi. ſed
etiam reluctai ↄtra ea que geſta
ſunt imperitia aut ſimplicitate q̃
rundam prauis interpretatõibꝰ
deceptorũ Variis ergo doctrinis
nõ decet labefactari ſed magis pa
trum noſtroꝝ roborari ſententiã
Auxentiũ igit̃ mediolai p̃cipue
in hac cauſa damnatũ eſſe p̃ſcri
ptum eſt. Vnde iuſtũ eſt oĩs in
vniuerſo romanoꝝ orbe doctores
legis ea que legis ſunt ſapere. ⁊ ñ
fidem doctrinis variis maculare.
Itaq̃ dum primũ hereticoꝝ cepiſ
ſet nequitia pullulaẽ. ſicut etiam
nũc blaſphemia nefandoꝝ patet
arrianoꝝ. tũc patres noſtri. ccc. x
⁊ viij. electi habito tractatu in vrbe
nicea. hũc murum firmiſſimum
cõtra arma dyabolica ſtatuerũt.
et hoc remedio venena mortifera
ſũt depulſa. vt pater ⁊ filius vni
us diuinitatis. vnius v̓tutis vniꝰ
q̃ magnitudis debeat credi. vniꝰ
q̃ eſſentie ſiue ſubſtãtie. ſimul et
ſpiritus ſanctus. aliter vero ſapi
entes. alienos eſſe a noſtra com
munione iudicauerunt. Quẽ ter

minum ſalutarem adorabilemq̃
deliberatõnem corrumpere quidã
aliis cogitationibus. atq̃ temeã
re voluerunt. ſed in ipſo p̃ncipio
ab his ipſis qui in arimino reno
nare aut tractare compellebãtur
vſq̃ ad hoc cauſa correcta eſt. vt
confiterentur alia ſibi circumuẽ
tione ſurreptum. aut certe quia ñ
intellexerunt patrum ſententie in
nicena conſtitute hoc eſſe contra
rium Neq̃ enim preiudicium ali
quod fieri potuit per numerum
arimino congregatum. quando
conſtat neq̃ romanum epiſcopũ
cuius ante omnia decebat eos ex
pectare decretum. neq̃ vincentium
qui tantis annis epiſcopatum in
violabiliter cuſtodiuit neq̃ alios
talibus prebuiſſe conſenſum ma
xime dum ſicut prediximus iſti
ipſi qui per conuentionem decliaſ
ſe videbantur ipſi denuo vtentes
meliori conſilio hec ſibi diſplice
re teſtati ſunt. Perſpicit itaq̃ ve
ſtra ſalubritas hanc ſolam fidẽ
que in nicea apoſtolorum auctori
tate fundata eſt eſſe perpetua fir
mitate ſeruandum. ⁊ ſimul orien
tales hoc facere nobiſcum qui ſe
catholicos eſſe cognoſcunt. occi
dentales etiam gloriari. ¶ Credi
mus autem languentes ĩ iſto co
namine non tarde noſtra ſeparã
dos eſſe communione. et ab eis
epiſcopatus nomen auferri qua
tinus populi eorum liberati erro
re reſpirent. Nullo enim modo
a deceptione poſſunt corrigere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pplurim· qui deceptōnis laqueo de
tinentur Concordet igit̄ cū oībus
dei ſacerdotibus etiā caritatis no
ſtre ſentētia· in qua nos firmos
iudicamus Sic ergo etiam nos vo
biſcum recte credere debemus· vrā
nos caritate letificante reciproca
Valete fratres kariſſimi· Sʒ ⁊ ma
ximus athanaſius in epl̄a quā
ſcripſit ad afros· taliter de arimi
nenſi cōcilio diſputauit·

Capitulū· xxx·

His ita platis quis recipi
at eos qui ariminēſe aut
aliud cōciliū p̄ter nicenū
nominare p̄ſumunt· Aut quis n̄
habeat odioſos eos qui reſpuūt
quidem cōſtituta patrū ⁊ ea q̄ nu
per arimino cōtentioſe atq violē
ter cōpoſita ſunt p̄ponunt· Quis
iſtis cōcordabit hominib⁹· neq
ꝓpria recipientibus Nā in ſuis· x·
⁊ ampli⁹ ſicut p̄dixi cōciliis alio
tempore aliud cōſcribentes· mani
feſti ſunt· quia ſingula eoꝝ accu
ſare noſcuntur· ⁊ hoc patiunt̄ qd
tunc in dei ꝓditores perpeſſi ſunt·
Nam ſicut illi relinquētes ſolum
fontem aque viuentis lacus ſibi
met foderunt qui aquam ↄtine
re nō poſſunt quod ſcriptum eſt
in hieremia ꝓpha· ſic ⁊ iſti relictā
tes vniuerſali cōcilio foderūt ſibi
multa concilia que apud eos ina
nia ⁊ virtutem nō habere manife
ſtata ſunt Non igit̄ patiamur eos
qui preter nicenum ariminenſe p̄
ſumunt vel aliud nominare conci
lium. cū et ipſi q̄ ariminenſe ſuſci
piunt ignoraſſe que in eo geſta
ſunt noſcuntur Nam tacere potiē
runt· Noſtis enim kariſſimi cog
noſcentes vos a veſtris qui tunc
interfuerunt arimino· quoniam
vrſatius ⁊ valens· eudoxius ⁊ au
xentius. ſimulq dimophilus cō
demnati ſunt· volentes aliud q̄m
ſtatutum eſt nicea conſcribere· q̄n
do compulſi anathematizare arri
anam hereſim reſpuerunt· cui poti
us patrocinare conati ſunt· Epi
ſcopi vero integri ſerui domini rec
te credentes pene· cc· conſcripſere
ſufficere nicenam ſolummodo fidē
que vere ſcā eſt ⁊ nihil amplius
nichilq minus preter illam que
rere velle. ſeu ſapere Hec enim etiā
conſtantio ſignificauerunt· q̄ iuſ
ſerat celebrare ↄcilium·

Socrates·

Capitulum· xxxi·

Interea macedonius vici
nas conſtātinopolitane
vrbi prouincias ciuita
teſq turbauerat · excitans mini
ſtros proprii languoris aduſus
eccleſias ⁊ in cizico quidem eleuſi
um fecit epiſcopum· i nicomedia
autem marathonium qui primū
dyaconus fuerat· habēs ſtudiū
ↄſtituēdi monaſteria virorū ac fe
minarū· Is itaq macedoni⁹ epātu
potit⁹ affligebat eos q̄ illi ↄſētire



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fugiebant. ⁊ nō ſolum orthodoxos
ſed etiam nouacianos. ſciens eoſ
quoqꝫ conſubſtātialitatis nomē
ſuſcipere. quorum epiſcopus age
lius perſecutione faciente fugit.
Plurimi vero inſignes viri detenti
nolenteſqꝫ ei communicare puni
ti ſunt. qui poſt tormenta violen
ter communionem ore ſuo ſuſci
pere ⁊ tenere compellebantur. Lig
no namqꝫ ora hominum apiētes
eis ſacramenta deponebant. por
ro mulieres ⁊ paruulos abripiē
tes cōmunicare cogebant. Si qs
vero cōtradiceret mox plage vin
cula ⁊ tormenta ſequebantur. ita
vt etiam feminarum cōmunicare
nolentium mām̄illas in arca com
p̄mentes abſciderent. aliarum ve
ro. aut ferro. aut ouis ardētibus
eadem membra comburerent. Q̄s
ergo ab auxonio ſene qui eadem
ſupplicia eſt paſſus audiui.

Socrates.

Hec igitur macedonius p xp̄i
amitate orte ſunt actiōes.
cedes. pugne. ſollicitudi
nes. inteſtina bella. que res nō ſo
lū apud eos q̄ ledebant. ſed etiaꝫ
apud familiares ei odiū vehemē
ter excitauerūt. Offendit etiaꝫ ip
ſum impatorem. et ob hoc. ⁊ pro
alia huiuſmodi cauſa. dom⁹ in q̄
erat arca conſtantini p̄ncipis cor
pus habēs ruinā minabat. ideoqꝫ
cuſtodes ei⁹ ⁊ qui ad oracionē in
trabāt. poſiti erāt ſb̄ tiore. Macedo
nius ēgo cogitauit impatoris oſ
ſa transferre. ne arcā ruine caſus
opprimeret. Hoc agnoſcentes po
puli prohibebant dicētes nō op
tere principis oſſa migrari. ne q̄i
ex ſobrietate videbant. Ob quaꝫ rem
in duas partes populus eſt diui
ſus. alijs dicentibus nullam eſſe
migrato mortuo leſionem. alijs
aſſerentibus eſſe nephas. cu; q̄
bus erāt omouſij defenſores. Ma
cedonius aūt paruipendens vba
contradicentiū tranſtulit corp⁹
imperatoris in eccleſiam vbi cor
pus martiris iacebat acij. Quo fa
cto. concurſus diſcordantiū populo
rum ad illam venit eccleſiam. Ad
manus autē vſqꝫ puentum eſt.
ita vt multi hominum morerent.
⁊ veſtibulum eccleſie ac vicīa por
ticus ſanguine compleretur. Hec
agnoſcens impator. iraſcitur cō
tra macedonium ⁊ ppter eos qui
mortui ſunt. ⁊ quia corpus patris
eius abſqꝫ illius conſilio migra
re p̄ſumpſerit. Relinquens ergo
gubernatorē heſperiarū partiū ce
ſarem iulianū. ipe pgebat ad oriē
tem. Theodoricus.

Capitulum. xxxij.

Leontius igitur antiochen⁹
ep̄us cum eſſet arrianus
languorē ſuum celare ni
tebatur. vidēſqꝫ diuiſos ſacerdo
tes ⁊ ppl'm. ⁊ alios dicētes gloia
pr̄i ⁊ filio. alios g'lia patri p filiū
⁊ ſpūi ſcō. ipe ſb̄ ſilentio dicebat
orōem. nihil aliō audiebāt aſtā
tes ni cu; dicēt in ſcl'a ſcl'oꝝ. Et ſi
q̄dē hoc n̄ maligne feciſſe diceret.
qz p ⁊ cōcordia ppli fieret. ſꝫ qz ⁊ ctra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſimilites veritatis acuebat· ⁊ nō mi
ſi hereticos ꝓuehebat· oſtendeba
tur celare peſtem· modo timore po
puli modo formidine preſſus im
peratoris· qui filiū diſſimilem pa
tri ꝓhibuerat dici Ea ſiquidem tē
peſtate etius magiſter eunomij
qui arrij blaſphemā ſuis opinio
nibus auxerat· in dyaconatus or
dine miniſtrabat Sed flauianus
⁊ dyodorus monachicā quidem
amplectentes vitam dare autem
ꝓ apoſtolicis dogmatib9 laborā
tes epiſcopi antiocheni leontij re
darguerunt quas cōtra pietatē
gerebat inſidias· dicentes q̄a ele
giſſet virum ſtudijs malignis im
butum· qui impietatis cauſa cul
men ſumpſiſſet potentie· atqꝫ ad
eccleſie cladem dyaconatus habe
ret nomen· Minabantur autem
etiam ab apoſtolica eū communi
one ſuſpendi· ⁊ ad heſperias veni
entes ea que callide gerebantur
aperire· Hoc metuens leonti9 ab
officio ſuſpendit etium alijs tamē
rebus fouebat eum. Porro mira
bilis illa ſocietas id eſt flauianus
atqꝫ dyodorus ſacerdotali miſte
rio nōdum potiti· populis tamen
nimium cōplacentes noctibus ac
diebus cunctos ad zelum pieta
tis armabant· Iſti namqꝫ primi
in duas partes choros pſallētiū
diuidentes ex ſucceſſione dauiticā
melodiam cantare docuerunt· et
hoc in antiochia primitus fieri ce
pit⁊ diſperſū ad terminos totius
orbis vſqꝫ peruenit· Iſti diuinos

amatores ad ſepulchrā martiꝝ
ꝓuocantes vigilias celebrabant
cum illis laudātes deum· Hec leō
tius intuens ꝓhibere quidē iudi
cauit incautum· cum videret mlti
tudinem valde viris optimis illis
adherere· ſed vtens manſuetudīe
ſermonū poſcebat ab eis vt has
feſtiuitates in eccleſijs potius cele
brarent· Cuius quidem callidita
tem integre cognoſcentes qđ vide
batur egerunt· ⁊ amatores ſuos
ad eccleſias ꝯgregauerūt· vt ala
criter deum ꝯcordi voce laudarent
Sed leontius flexus nō eſt vt ſuā
maliciā tēperaret Vultum nanqꝫ
manſuetudinis gerens· ſtephani
⁊ flaccide celauit iniquitatem. Is
enim aduerſarios dogmatis re
cti ſuſcipiens licet turpem haben
tes vitam· ad preſbiteratus tamē
ordinem ⁊ dyaconatus euexit· eos
aūt qui vniuerſis virtutib9 orna
bantur· ⁊ apoſtolica dogmata de
fendebāt abſqꝫ honore deſeruit·
Hac grā clerus q̄dē mltos hēbat
hereticos· ꝓplus vero maxime ꝓ do
gmatum certitudine decertabat·
ita vt neqꝫ doctorēs illoꝝ blaſphe
miā ſuā nudare ꝑſūeret· Quid aūt
flaccitas et ſtephanus atqꝫ leon
tius ĩpietatis ⁊ iuſticie āntiochie
geſſerint· opus ꝓprie ꝯſcriptōis
exq̄rit· Nos aūt ad reliq̄ veniam9

Capitulum· xxxiij·

Germanicia eſt ciuitas ī ter
mio cilicie ſirie ⁊ capado
cie cōſtituta h9 vrbͥ eccīe
ꝑſidebat eudoxius Qui moriente

leontio abripuit ſedē antiochie et
cepit ſua ferocitate vineam vaſta
re dominicā. neq̃ iam celabat ſic
leontius maliciam ſuam. ſed aper
te apoſtolicis dogmatibus repu
gnabat. et orthodoxos multis cla
dibus affligebat. Eo tempore an
cyrane eccleſie poſt marcellū ba
ſilius p̄ſidebat. euſtachius vero
ſebaſtie armenie. qui iniquitatē
eudoxij et rabiem cognoſcentes cō
ſtantio in occidente poſito literis
ſuis indicauerūt. Erant enim ipe
ratori noti. et ꝓpter claritatem vite
eius fauore potiebant̄. Quod dū
cognouiſſet cōſtantius antioche
nis ſcripſit. quia nō ipſe eudoxio
eccleſie cōceſſerit p̄ſulatum ſicut
ipſe vulgabat. ipm̄q̃ eudoxium
expelli et penas geſtoꝝ ſuoꝝ in ni
cea bithinie dare p̄cepit iubens
ibi celebrare concilium. Ipe enim
eudoxius egerat apud potentes
palacij. vt in nicea ſynodus age
retur. Sed omniū p̄ſcius deus cog
noſcens futura ac ſi iam fuerint
geſta quodam terre motu terribi
bili ꝓhibuit ↄciliū celebrari. Plu
rimum namq̃ ciuitatis partē terre
motus ille deſtruxit. et multos ha
bitantiū interemit. Hoc cognoſcē
tes qui ↄuenerant. ad ſuas reuer
tuntur eccleſias. Arbitror eī hoc
ſapientia dei geſtum. In illa nan
q̃ ciuitate aduerſus arriū a ſc̄is
patribus apoſtolice fidei doctrīa
ꝓlata eſt. et forte ſecunda congre
gatio potuit illic ſancire cōtraria
vt arrianis accuſatio eo nomine
p̄beret̄. quo magis ſimpliciōes
cape poſſent. tanq̄ illam veterem
ſynodū ꝓferentes. ſꝫ eccleſiarū ꝓ
ſpector citius ſoluit tale cōcilium

Sozomenus.

In momento ſiquidem temporis
ciuitate ↄcuſſa neq̃ fugere potue
runt. ſed primo experimento pericli
ſunt perempti. Dicit̄ aūt anteq̄ fie
ret iſtam cladem quendā ārſatiū
militē p̄uidiſſe genere pſam. qui
ſub licinio cōfeſſor effectus eſt. re
lictaq̃ militia in turre ciuitatis di
uinā philoſophiā exercebat cui
ſuperna viſitatō apte p̄cepit exire
de ciuitate. paſſura que poſt pau
lulum fierent manifeſta. Quo fa
cto. cum velocitate ad eccleſiā cur
rens nunciauit clericis vt domio
ſupplicarent qui eos ab imminē
ti periculo liberaret. Quibus cum
videretur eſſe ridiculum. reuerſus ad
turrim p̄nus cepit lacrimas effū
dere. Interea terre motu ſuperuenie
te plurimi perierūt. reliqui vero per
agros et montana diſpſi ſūt. Ar
ſatius autem in illa terra repertus
eſt mortuus. p̄nus iacēs ſicut ſo
lebat orare. Sermo tamen eſt q
anteq̄ moreretur rogauerit deū.
vt prius eius finiret vitam quam
cladem inſpiceret ciuitatis in q̄ p⁹
xp̄m agnouerat. et eccleſiaſticā
videbatur eſſe participatus phi
loſophiā. Is enim conuerſatione
digna. etiam demōes effugabat
Quodā ei tp̄e dū aliq̄s a demonio
vexaret̄. euaginato gladio cepit p
totā diſcurrere ciuitatē. cunctiſq̃

fugientibus· occurrens ei ſolus ⁊
nominans xp̄m· ſermone mūda
uit virum· et fecit ab illo furorem
quieſcere· Inter cuius diuerſa or
namenta virtutum· etiam hoc me
minisſe conuenict· Erat draco añ
nicomediam qui tranſeūtes ſuo
flatu ꝑimebat· habebatq̄ cubile
circa quandam vallem Quo veni
ens vilſatius orauit· Tum ſponte
egrediens ille ſerpens· ac ſecū do
caput percutiens· interemptus eſt
Qui mihi ꝯtulerunt· eundem vide
runt vilſatium

Socrates·

¶ Capitulū· xxxiiij·

Nunc igit̄ de alia ſynodo
quā in velut ad inſtar ari
minenſis concilij in orien
te conſtantius impator fieri iuſſe
rat· pauca narrabo· Erat enim pri
mitus conſtitutū vt in nicomedia
bythinie ꝯgregarent̄ epiſcopi
quoꝝ ꝯuentum ꝓhibuit maxi⁹
terre motus· Hoc contigit conſu
latu taciani ⁊ cerealis· octaua die
menſis auguſti Tractabant em̄
tranſponere ſinodum in vicinam
nicee ciuitatem· Quod cum diſpli
cuiſſet rurſus volebant in tharſo
cilicie conuenire· Deinde placuit
apud ſeleutiā yſaurie que voca
tur aſpera celebrar̄ concilium· qđ
actum eſt conſulatu euſebij· ⁊ hi
patij· Fueruntq̄ qui conuenerūt
numero centum· lx· cum q̄bus ade

rat vnus in palatio clarus nomi
ne leonas· Quo preſente queſtio
nem fidei ꝓponendam impatoris
iubebat oraculum· ſimulq̄ prece
ptum fuerāt adeſſe lauritiū militē
iſaurie ducē vt in quo op⁹ eēt epis
miſtraret· Cōuenerūt ḡ vicesima
ſeptiā die ſeptēbris mēſis· ⁊ ſb̄ ge
ſtoꝝ ꝯfectōe diſputabāt· Aderāt
ei exceptores vtriuſq̄ ꝑtis v̄ba ſi
gnātes· q̄ ſub vno apud ſabinuꝫ
collecta reperiunt̄ Nos aūt capi
tulatī iſta deſcribim⁹· Prima ſiq̄
dem die leonas iuſſit vt q̄ vi deret̄
vniciq̄ ꝓponerent Porro q̄ ꝑſen
tes erāt nō prius dixerūt ꝙ̄ liber
mouendā eē q̄ſtionē· niſi reliqui
ꝯuenirēt Erāt ei abſentes epi ma
cedoni⁹ ꝯſtātinopolitan⁹· baſili⁹
ancyre· ⁊ alij quidā accuſari me
tuentes· Et macedoni⁹ quidē· lan
guorē finxit· patrofilus oculoꝝ
dolorem· ⁊ alij ſimiles adiuenerēt
occaſiones abſentie· Dūq̄ leonas
etiā illis abſentib⁹ ꝓponendā di
ceret q̄ſtionē· rurſus aiebant epi
nō alit̄ quicq̄ fieri niſi impetitoꝝ
vita diſcuteret̄· Accuſati nāq̄ iā
fuerant cyrillus hieroſolimoꝝ
euſtachius ſebaſtie armenie· et
alij quidam· Ob quā rem ꝯtētio
inter ꝑſentes exorta eſt Alij nam
q̄ dicebant vitas accuſatorum
diſcutiendas· alij vero ante fidem
nihil eſſe querendam· monebat
q̄ queſtionem impatoris diuer
ſa ſententia· cuius literis nunc de
fide prius agendum· nunc de ac
cuſatoꝝ conuerſatione legebat̄·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hec cauſa pͤſentes ad ſciſma per
duxit. ⁊ i duas partes ſynodi mł
titudo diuiſa eſt. Vnius eñi ptis
dux erat acacius ceſarie paleſtie
georgius alexandrie v᷑ſatius ty
ri. eudoxius antiochie. quos alij
triginta duo ſecuti ſunt. In alia
parte fuit georgius laodicie ſirie
ſofronius pompeipoleos. paflago
nie. eleuſius quizici. quos plurimi
ſequebantur. Cumq́ꝫ placuiſſet vt
prius de fide queſtio moueretur.
hij quidem qui erāt partis acacij
nicenam fidem aperte negauerūt
aliamq́ꝫ fidem dictare nitebātur.
alterius vero partis numero plu
riores omnia quidem niceni cōci
lij receperunt. de ſermone conſub
ſtantialitatis tātummodo quere
bantur. Multis igit̄ inter alteru
tros ɔtētionibus vſq́ꝫ ad veſperā
generātis. nouiſſime ſiluanus tar
ſenſis preſul eccleſie voce magna
clamauit dicens non oportere no
uam dictari fidem. ſed dudum in
antiochia expoſitam tempore de
dicationis debere ſeruari. Quo di
cto. ſequaces ſunt egreſſi. Alteri⁹
vero partis ꝓtulerūt fidem antio
chia recitatam. quam relegentes
ſoluerunt illa die concilium. Alte
ra vero die ɔueniētes in oratoriū
ſeleutie. ianuaſq́ꝫ claudētes relecte
fidei ſubſcripſerūt. Subſcribebant
autem etiam ꝓ abſentibus pͤſen
tes lectores atq́ꝫ dyaconi. p quos
rate ſe ferre hāc diffinitionem ab
ſentes ꝓfitebātur. Acacius autē
⁊ alij partis eius querebātur. eo
quod eccleſia clauſa ſubſcriberēt.
dicētes ea que occulte geruntur
improbitatis ſuſpitōe pleniſſima
eſſe. Hoc autem faciebāt. volētes
aliam fidei explanationem. Ipſe
quoq́ꝫ quam pͤparatam habens
legit ibi quidem iudicibus lauri
cio ⁊ leona. ſtudens eis robur ac
quirere. Hec ergo die ſecūda ſunt
geſta. Tercia vero leonas cōgre
gare partes epiſcoporum rurſus
feſtinabat. Quo die nec macedo
nius defuit ɔſtantinopolitanus
nec baſili⁹ ancyre. Dumq́ꝫ ambo
in vna parte cōueniſſent. denuo
qui circa acacium occurrere nolu
erunt dicentes oportere prius de
concilio eijci eos qui pridē fuerāt
cōdemnati. ⁊ qui accuſabātur in
preſenti. Cumq́ꝫ cōtentio creſceret
egreſſis eis qui poſiti in accuſatō
ne videbātur. qui circa acaciū ſūt
cōgreſſi. Tunc itaq́ꝫ leonas ait li
bellum ſibi datum ab eis qui cuꝫ
acacio erant. celans dogmatis
eſſe dictationem. Et cum preſen
tes epiſcopi tacuiſſent. aliud q̃d
dam nō expoſitionem fidei libel
lum continere indicantes. mox fi
dei acacij ɔſcriptio cum ꝓhemio
hoc modo lecta eſt.

Fides eorum qui circa acaciuꝫ
ſunt.

Nos qui congregati ſum⁹
ſeleucia iſaurie ſecundū
imperatoris voluntatē he
ſterna die quīto kalendarū octo
briū omne ſtudiū habuimus
cū diſciplina eccleſiaſticā ſeruare
pacem· ⁊ de fide cogitare cōſtanter
ſicuti p̄cepit deo amabilis impera
tor noſter cōſtantius· ſecundum
ꝓpheticas euangelicaſq; voces· ⁊
nihil preter ſcripturas ſup indu
cere in eccleſiaſticā fidem. Quia ve
ro aliqui in cōcilio alios noſtrū
iniurijs affecerunt· alios loqui ꝓ
hibuerunt· alios recluſerunt in
uitos· ⁊ damnatos ſecum ex diū
ſis ꝓuincijs habuerunt· necnon
⁊ eos qui contra regulas ordina
ti ſunt introduxerūt ſecum· ita vt
vndiq; tumultu ſynodus imple
retur· ſicuti vir clariſſimus comes
leonas· ⁊ vir clariſſimus dux ꝓui
cie lauricius inſpexerunt. ꝓpterea
autem hec interloquimur quoni
am non declinamus expoſitam cū
auctoritate fidem in antiochena de
dicatōne ꝓferentes eam· licet pa
tres noſtri illo tempore ad ſubie
ctam concurrerint queſtionē· quī
multos turbauit cōſubſtātialita
tis nomen preterito tempore ⁊ vſ
q; ad preſens· Nunc vero quia di
citur inouatum ab aliquibus de
diſſimilitudine filij apud patrem
hac ergo grā omouſion et omo
eouſion id eſt eiuſdem ſubſtātie
et ſimilis ſubſtantie nomen abij
cimus· tanq̄ ſcripturarum extra
neum a nomocon idē diſſimilitu
inis verbum anathematizam⁹·
et omnes huiuſmodi exiſtentes
ab eccleſia alienos exiſtimam⁹·
Similem vero filium apud patrē
apte ꝓfitemur· ſcd̄m apoſtolum
dicētem de filio qui eſt ymago dei
inuiſibilis· Confitemur autem et
credimus in vnum deum patrem
omnipotentem· factorem celi ⁊ ter
re viſibilium omnium ⁊ inuiſibili
um· Credimus autem ⁊ in vnum
dñm ieſum chriſtum filiū eius ex eo
natum impaſſibiliter ante oīa
ſecula· deūm verum ex deo vnigeni
tum lumen· vitam· veritatem· ſa
pientiam· voluntatem· per quem
omnia facta ſunt in celis ⁊ i terra
ſiue viſibilia ſiue inuiſibilia Hūc
credimus in conſummatōne ſecu
lorum pro deſtructione peccati aſ
ſumpſiſſe carnem ex ſancta virgi
ne maria· ⁊ hominem factum· paſ
ſum ꝓ peccatis noſtris atq; reſurre
xiſſe· ⁊ aſſumptum in celis· ſedere
in dextera patris· ⁊ iterum ventu
rum in gloria iudicare viuos et
mortuos· Credimus ⁊ in ſpiritum
ſanctum quem paraclitum id eſt
conſolatorem nominauit ſalua
tor dominus noſter quē ꝓmittēs
poſtq̄ iret diſcipulis eū eē mittē
dum quē etiā deſtinauit· p quē ⁊
ſctificat credētes in eccleſia vt bap
tizatos in nomine patris et filij ⁊
ſpiritus ſancti· Eos autem qui p̄
ter iſtam fidem aliud quicq̄ pre
dicant a catholica eccleſia decerni
mus alienos exiſtere. ¶ Hec eſt
enim acacij de eius fide prolatio

cui ſubſcripſit ⁊ ipſe · ⁊ ↄſentiẽtes
ei numẽo quem pauloante predi
ximus · Hac fide lecta · ſophroni⁹
põpeiopoleos paflagonie hec ver
ba clamauit · dicens. Si per ſingu
los dies propriam edere licuerit
fidem · veritatis integritas nõ ma
nebit · Hec quidem ſophronius
ait Ego autem dico quia ſi ab ini
tio hec v̑ba de nicena fide dixiſſent
qui ante eos ⁊ poſt illos fuerunt
omnis potuit ceſſare contentõ ·
Tunc ergo plurima inter alteru
tros ob hoc ⁊ ꝓpter eos qui fue
rant accuſati verba dicentes ⁊ au
dientes abierunt · Quarta v̑o die
conuenientes omnes rurſus mo
uebant cum ↄtẽtione ſermones
inter quos acacius his verb̄ ſen
tentiam ſuam patefecit · Si ſemel
nicena fides mutata eſt · nihil ꝓhi
bet etiam nunc aliam dictare fidẽ
Ad hec eleuſius cizici hec verba re
ſpondit Preſens conciliũ celebra
tum eſt non vt mathema diſcat ·
neqꝫ vt fidei explanationem ſuſci
piat tanq̃ non habens eam · ſed
poſſidens patrum fidem hanc vſ
qꝫ ad vitam mortemqꝫ cuſtodiet
His ergo verbis eleuſius ſentẽtie
occurrit acacij fidem patrũ vocãs
antiochia in declaratam · cui recte
quilibet poterit obuiare dicens ·
Quõ patres noĩas hos o eleuſiẽ
dum illorum non recipis patres ·
Hi nanqꝫ qui nicea conuenerunt
concordantes in conſubſtantiali
tatis verbo ꝓ fide ſancita ꝓprie di
cuntur patres. eo quod ⁊ tempoẽ

preceſſerunt · ⁊ qui poſtea antyo
chia conueñerunt ab illis ſacer
dotij iura ſuſceperunt · Si autẽ hi
qui in antiochia congregati ſunt
patres proprios negauerunt · cõ
ſequenter iſtorum patrem deſtru
ctores ſecuti ſunt Quomodo ergo
et quorum illi fidem velut impro
bam reſpuerunt · iſti quaſi proba
bilem ſuſceperunt · Si autem illi ñ
habuerũt ſpiritum ſanctum · qui
per officium manus impoſitionis
accipitur · neqꝫ iſti ſacerdotium p
ceperunt · Quomodo enim percipe
rent a non habentibus quod da
batur · Hoc obijcere ergo reſpon
ſo poterit quilibet eleuſij · Cum hec
ita gererentur · ad aliam venere q̃
ſtionem Quia enim acacius in fi
de que lecta eſt ſimilem dixit filiũ
patri · conſulebant alterutros ſe
cundo · quid eſſꝫ ſimilis filius pa
tri · ⁊ qui circa acacium dicebant
ſecundum voluntatem ſolummo
do non ſecundum ſubſtantiã pa
tri ſimilem filium eſſe · alij v̑o om
nes etiam ſecundum ſubſtantiã
declarabant · In hac ergo conten
tione tota manſerunt die · et aca
tium arguerunt qui in ſuis ſermo
nibus quos conſcripſit ſimilem
per omnia filium patri dixit · nũc
autem ſecundum ſubſtantiam ſi
milem denegauit Quibus multũ
contendentibus ⁊ ad nullam con
cordiam venientibus. ſurgens le
onas concilium ſoluit. Et iſte fu
it terminus ſynodi ſeleutia cõgre
gate · Altera namqꝫ die rogatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt intereſſet noluit dicens. Dire
ctus ſum ad concordiā concilij.
vobis diſtantibus adeſſe non poſ
ſum. Quo facto. nec qui circa aca
cium erant ad ſynodum concur
rere voluerunt. Altera vero pars
in eccleſiam veniens. acacium ⁊ q̄
erant cum eo vocauit. vt de cyril
lo hieroſolimorum epiſcopo ha
beretur examinatio. Sciendum
itaqꝫ quoniam cyrillꝰ iam dudū
fuerat accuſatus atqꝫ damnatꝰ.
quoniam ſepe vocatus ad iudici
um duobus annis iugiter declina
uit. metuens accuſantes. Cōdem
natus autem appellationis libel
lum condempnatoribus deſtina
uit. iudicium maius appellans.
Cui appellationi conſenſit etiam
conſtantius imperator. Hoc ita
qꝫ ſolus et primus preter eccleſia
ſticam conſuetudinem atqꝫ regu
lam cyrillus fecit epiſcopus. vt
ſicut in publicis iudicijs libellis
vteretur appellatorijs. Tūc ergo
in ſeleutia interfuit iudicandus
⁊ ob hoc epiſcopi ācacium eiuſqꝫ
conſentaneos euocabant. vt de
accuſationibus agnoſcentes de
cretum commune proferrent. Ad
uocabant igitur alios etiā quoſ
dam qui fuerāt accuſati. ⁊ ſemet
ipſos contulerant ad acacium.
Quibus poſt crebram citatōnem
nolentibus occurrere dapmnaue
runt ⁊ ipſum acacium. georgium
alexandrinum. vranium tyri. the
odolum cherte. tapenum phrigie
theodoſium phyladelphie. lydie
euagrium inſule mitylene. leonti
um tripoleos lydie. et eudoxium
qui primo quidem germanicie fu
it. poſtea vero antiochie ſyrie in
uaſit epiſcopatum. Dampnaue
rūt pariter ⁊ patrophilum. quia
⁊ ipſe a dorotheo accuſatus pre
ſbitero. euocatus noluit obedire
Hos itaqꝫ damnauerunt. Excom
municauerunt autem aſterium.
euſebium. augarium. baſilium.
phebum. fidelem. euticium. mag
num. et euſtachium. ſic eos ma
nere decernentes donec habita ſa
tiſfactione accuſatōribus ſemet
ipſos exuerent. His actis damp
nationem celebratam eorum par
rochijs innotuerunt. inqꝫ locum
eudoxij anianum conſtituerunt
epiſcopum. Quem comprehendē
tes qui circa acacium erant. leōe
⁊ laurentio tradiderunt. a quibꝰ
exilio deſtinatus eſt. Quo facto
epiſcopi qui ordinauerant ania
num. conteſtationem obtulerunt
leone ⁊ laurentio contra acacium
⁊ conſentaneos eius. dicentes ſy
nodi iudicium fuiſſe violatum.
Cunqꝫ nil agerent conſtantino
polim ſunt profecti. vt que geſta
fuerant panderentur imperatori

**Sozomenus.**

**Capitulum. xxxv.**

TVnc terminum habuit
ſinodꝰ. ī ſeleutia cōſtituta

Qui vero voluerit ſubtiliter vniuer
ſa cognoſcē· excerptoꝝ debȝ acta
relegere· Poſt hec ergo talia geſta
ſunt Conſentientes quidē acacio
ad impatorem q̄m ꝓpere puene
runt· alterius vero partis epiſco
pi ſinguli ad ꝓpria ſunt reuerſi· de
cem tantūmodo eoꝝ ↄmuni decre
to miſſi venientes ad principē inue
nerūt directos decem ab ariminē
ſi concilio· Porro ſequaces acacij
iam agebant vt potentes palacij
eoꝝ tuerentur partes· ⁊ p eos fa
uor illis arridebat imperatoris· Di
cebant enim alios quidē ſibimet
cōſentire· alios autem eccleſiaſti
cis pecunijs eſſe corruptos· alios
incongruis falli ſeductionibus·
Hec agebat acacius natura ver
ſutus ⁊ ꝑparatus ad intelligēdū
atqȝ dicendum· cum etiā inſignem
haberet eccleſiā· id eſt euſebij pā
phili· poſt quē eius tenebat ep̄a
tum ⁊ gloriabatur ſe eū habuiſſe
doctorem· Et cū talis eſſet· perſua
debat facile quod volebat· Cū igi
tur cōſtantinopolim ex vtroqȝ cō
cilio eſſent epiſcopi viginti· Et q̄
caſu ꝑſentes erant· primo quidē
iubetur· vt de acacij queſtione iu
dicaretur ꝑſentibus maximis ꝓ
ceribus ⁊ honorato quem nō āte
multum tempꝰ imperator ab vrbe
roma reuertens ꝑmum ꝑfectum
vrbis ↄſtantinopolitane ↄſtituit·
poſtea vero etiam ipſo cōſtantio
audiēte cum iudicibꝰ capitur cir
ca fidē acacius egrotare ita vt etiā
īperator ⁊ alij quaſi circa blaſphe
ma eius verbā ↄmouerentur. Di
citur autem acacium eiqȝ ↄſentiē
tes primum ſe hāc heresim igno
rare finxiſſe ⁊ ſub velamento quo
dam egiſſe cum principe· vt ipſe
etiam cum ſuis proceribus indica
ret· credens acacium non poſſe
vinci ſermonibus· ⁊ magis neceſ
ſario capi iudicantis auditu· ac
ſine ↄtentione ꝑualere conamur
hereſeos. Cumqȝ hoc pficī nequi
uiſſet ꝓferri ſcripturā ꝓlatam ab
arimino. ⁊ a ſeleutie ſynodo miſſi
hanc ſuſcipe depoſcebant Etenim
queſtio eēt de ſubſtātie nomine
iure iurandum firmabant quia
nulli tenus diſſimilem ſcd̄m ſub
ſtantiam filiū faterentur· ſeqȝ pa
ratos hanc hereſim abdicarē dice
bant· Et quoniam inopinate occi
dentales nomen ſubſtantie in ari
mino reliquerant· neceſſariam
huiuſmodi ſcripturā eſſe fatebā
tur Dicebāt aūt q̄a ſi nomen ſub
ſtantie taceatur· cū noīe ſubſtātie
etiā illud qđ de ſubſtātialitate de
creti eſt ſine dubitatione tacebit
qđ plurimi occidentaliū ſacerdo
tū ꝓ reuerētia niceni ↄcilij nimis
āplectebant Hāc āt etiā īperator
ſtexꝰ ē laudare ↄſcriptionē· ↄſide
rās multitudinē arimino ↄgregatā
⁊ q̄ nō peccaret· q̄ ſimilē patri fili
um diceret· id eſt ei virtute ſibi cre
dens conſubſtantialem· ⁊ ſimilis
ſibe pfeſſionē nihilqȝ itellectu dif
ferens in oībꝰ q̄ ſcripta diuina doce
ret· Hāc ḡ ſuīam hīis epos ↄtra
dare ꝑcepit ī ariminēſ fide ↄcilij·

Cuncꝗ ſe in altera die pararet ad
conſulatum quod firma die men
ſis ianuarij romanoꝝ more cele
bratur totam diem a maximã no
ctis partem expendit inter ep̄os
certamen habens donec ſcriptuꝰ
ex arimino delate ſb̄ſcriberent epi
a ſeleutia venientes.

Capitulū.xxxvi.

Acacius autem a qui cum
eo erant aliquantū tēpꝰ
ↄſtantinopolim commo
rantes.euocauerūt epiſcopos ex
bythinia.inter quos erat et ma
charius macedonenſis. et vlphi
las gothorum ep̄us. Qui omnes
numero quinquaginta conueniē
tes cōfirmauerunt arimino lectã
cōſcriptionem adijcientes.vt de
cetero nequaꝗ̄ ſubſtantia vel eſſen
tia nominaretᷣ in deo a preter hãc
ſcripturam om̄es alias aut fcãs
aut faciendas penitus abdicari.
Quo facto etiam dyaconatus or
dine depoſuerunt tanꝗ̄ heretice ſa
pientem a qui cōtra eccleſiaſticã
ↄſuetudinem quedã humane ſa
pientie ficta conſcriberet a dyalo
gos plenos blaſphemia dictarꝫ
atqꝫ turbarū eccleſiaſticaꝝ a ſedu
ctionis auctor extaret. Dicitur aūt
ab aliquibus.quia nō eum inte
gro corde depoſuerunt.ſed volētes
ſe principi cōmendare eo quod
dicerentur ſimilia ſape.videntes
aūt impatoris indignationē quã
circa macedoniū tūc habebat etiã
eū depoſuerūt a eleuſiū cizici.a ba
ſiliū ancyre a eſtaſiū ſardicorum

dracontiū pgamī Et cū ide gmate
viderentᷣ here diſcordiã.tūc tpe de
poſitionis mēoriam eoꝝ fidei ñ fe
cerūt.ſꝫ culpas eis īferebãt ſingu
lariꝰ.p q̄s eos aſſerebãt in eccia
ſticis regulis deliquiſſe.

Sozomenus.xxxvij.

Inter q̄s cyrillū qꝫ hieroſolimoꝝ
depoſuerūt.tanꝗ̄ euſtatio.elphi
dioqꝫ ↄmunicantē. Hij ei ↄtraria
ſapuerūt eis q̄ in militene fuerãt
ↄgregati Inter q̄s etiã ip̄e ↄuene
rat.et tanꝗ̄ poſt depoſitionē i pa
leſtina facta ↄmuniōe pticipatꝰ
fuerat.cū baſilio a georgio laodi
tie ciuitatis ep̄is. Cū ei cirillꝰ hie
roſolimoꝝ ſuſcepiſſet ep̄atū de iu
re metropolite ↄtēdebat cū acacō
ceſarie paleſtine tanꝗ̄ ſedis aplꝭ
ↄ pōtifex. Hic ḡ in ãtiochia cōſti
tuti dero gabãt alterutris.tanꝗ̄ ñ
ſapent recte de deo Nã a p̄us vtꝗ
ſibimet i ſuſpitōe eē videbatᷣ.alᷣ
q̄dē arrij dogma laudabat.cirillꝰ
ãt p̄dicãtes ↄſubſtãtialē pr̄i filiū
ſequebatᷣ. Inueniēs ḡ tp̄s acaci
us ↄſentientibꝰ ſibimet ep̄is.cy
rillū p huiuſmodi cã depoſuit Cū
fames hieroſolimorū puintiã oc
cupaſſꝫ.tanꝗ̄ in ep̄m n eceſſitate
ciborū turba reſpiciebãt egentiū
Cūqꝫ pecunie ad ↄſulendū ñ eēnt
vaſa ſacrata velaqꝫ diſtraxit a po
puli neceſſitati ſubuenit.

Theodoricus.

Imperatoris igitᷣ animum
hoc cōmouit a marie qd
acatiꝰ cōtra cirillū noſcitᷣ
machinatꝰ. Sacram nãqꝫ veſtem

quam famoſiſſimus imperator con
ſtantinus ad honorem hieroſoli
morum eccleſie dederat machario il
lius pontifici ciuitatis vt ea circū
amictus miniſterium ſacri baptiſ
matis adimpleret. quoniam erat
auro ſericoque contexta cirillum aſ
ſeruit vendidiſſe eamque emiſſe ve
ſtem. quendam thymeticum ſal
tatorem. et cum ea fuiſſet indutus
in ipſa ſaltatione cecidiſſe. atque con
tritum morti traditū.

Sozomenus.

Hanc igitur cauſationem ha
bens acacius. cyrillum epi
ſcopatu depoſuit. Damnatos igitur
epiſcopos ex vrbe conſtantinopo
litana fugauerunt ſectatores acā
cij. ſibi autem conſentientes. inde
poſitionibus tamen illorum nolē
tes ſubſcribere cum eſſent numero
decem apud ſemetipſos interim
habitare preceperunt et neque mini
ſterio fungi neque gubernare quā
diu ſubſcriberent et ſi non agerēt
penitentiam intra menſes ſex et in
omnibus placitis atque geſtis in
illo concilio preberent ſcripto con
ſenſum. et ipſi deponerentur. Quo
facto conſentientes eis epi. per ſingu
las prouincias alios ordinarent.
Cumque talia cogitaſſent. cunctis
epiſcopis atque clericis ſcripſerunt
vt hec obſeruarent atque perficerēt
Ex hoc ergo non poſt multum tē
pus macedonio ſucceſſit eudoxius
baſilio athanaſius. eleuſio euno
mius. qui poſtea eunomianae prin
ceps fuit hereſeos. Porro poſt eu

ſtachium. meletius eccleſie ſeba
ſtene ſuſcepit epiſcopatum.

Socrates

Lecta eſt etiam in conſtanti
nopolitana vrbe cum adiecti
one expoſitio fidei. ſed nos laborem
tātum expoſitionum aliquando vix
reperientes. eorum numerum quoque
digerimus

Enumeratio diuerſarum expo
ſitionum hereticorum malorum
poſt explanationem fidei niceni
concilij.

Capitulum triceſimūoctauū.

Poſt nicenum quoque con
cilium in dedicatione an
tiochena expoſitionem ge
minam dictauerunt. Tercia vero
eſt que a narciſſo apud gallias
conſtantio imperatori oblata di
noſcitur. quarta eudoxij que in yta
lia deſtinata eſt. In ſyrmio tres
dictate ſunt quarum vna in almi
no cum conſolatu relicta eſt. Por
ro octaua in ſeleucia ab acaciais
edita eſt. vltima conſtantinopo
lim cum adiectione recitata eſt.
Erat enim additum vt neque ſubſtā
tia neque ſubſiſtētia diceret in deo
In hac et vlfilas gothorum eps tunc
primo conſenſit. Nam et tempore
precedenti nicenam ample cebat
fidem ſequens theopilum gotho
rum epiſcopū. qui preſens in niceno

conſilio ſubſcripſerat. Acacius
igitur et eudoxius cum ſuis conſtan
tinopolim de quibuſdam alterius
partis epiſcopis condemnandis
certamen habebant. videntes in
dignari contra macedonium prin
cipem primum condempnauerũt
eum tanquam plurime necis auctorẽ
et quia dyaconum in fornicatõne
captum in commune ſuſceperat

Socrates.
Capitulum. xxxix.

Expulſo ſiquidem macedo
nio. eudoxius ſpernẽs an
tiochie ſedem. conſtantio
politanam inuaſit eccleſiam ſtu
dio fultus acacij. Qui obliti ſuorum
ſuis iudicijs contraria ſanciuerũt
Nam cum prius dracontium depo
ſuiſſent eo quod ex galacia tran
ſiſſet in pergamum cogitantes quod
actum fuerat eudoxium ad ſedem
aliã migrauerunt. Quo facto. le
ctam fidem arimino cum augmẽ
to quod ipſi in conſtantinopolita
na vrbe adiecerant vbique direxerũt
mandantes vt qui non ſubſcribe
rent iuſſione imperatoris exilio
mitterentur. Innotuerunt que hec
facta et alijs orientalibus ſibi con
cordibus et patrofilio ſcytopoleos
epiſcopo. qui de ſeleucia ad propriã
mox rediẽt ciuitatẽ. Eudoxio ſiquidem
dem conſtituto conſtantinopoli
tunc etiam maior eccleſia que di
citur ſophia dedicatur conſulatu
conſtantij decimo. et iuliani ceſa
ris tercio. quintadecima die febru
arij mẽſis. Eudoxius enim cum ſe
diſſet in ſede illa prius vocem que
vbique vulgata eſt protulit dicẽs
Pater aſebis. filius euſebis. Iſta
duo greca verba diuerſos habẽt
apud grecos intellectus. Aſebis
enim dicitur et impius. et ſine cul
tu. euſebis dicitur et pius et bene
colens. Cumque dixiſſet hec verba
turba generatur in populo. qua
ſi patrem dixiſſet impium. filium
vero pium. Quo facto nolite inquit
turbari ad ea que dixi. Pater enim
aſebis eſt. quia nullum colit. fili
us autem euſebis. quia colit pa
trem. Hec cum dixiſſet eudoxius
turba quidem ſedata eſt. multus
vero riſus compleuit eccleſiam. et
actenus illud dictum cum deriſio
ne permanſit. His enim hereſiar
che ſeductionibus ſermonibus
ſeditionibuſque vacantes. eccleſiã
lacerarunt. Huiuſmodi ergo ter
mino. etiam ſynodus conſtantino
politana concluſa eſt.

Socrates.
Capitulum. xl.

Igitur acacius et eius ſo
cij non ceſſabant. ſed con
gregati antiochiam que
eis dudum placuerant deſtrue
bant. et ex ſcriptione que arimi
ni et conſtantinopoli fuerat lecta no
men ſimilitudinis abſcidere nite
bant. et per omnia ſubſtantiã atque
voluntatẽ diſſimilẽ eẽ patri apud

filiū. ⁊ ex nō exiſtentibꝰ factū i
troducebāt. ſicut arrio p̄mo pla
cuerat. quibus etiā ꝯſentiebant
Is enim etius poſt arriū primus
apte his nominibꝰ vti p̄ſumpſit
qua ꝓpter ⁊ ſine deo vocabat. eiuſ
qꝫ ſequaces ꝓpter hoc diſſimiles ⁊
ex non exiſtentiales ſunt dicti. ab
his qui antiochia ꝯſubſtātialita
ti ꝯſentiebant. Hos ergo dum re
quirerent cultores niceni concilij
cur in expoſitōne fidei ſue deum ex
deo filiū dicentes diſſimile ⁊ ex nō
exiſtentibꝰ nominare p̄ſumerent
His ſermonibus r̄ſpondebāt. Sic
dictū eſt deū ex deo. ſicut habetur
apud ap̄lum. omnia aūt ex deo.
Vnus ergo omniū etiā filius dei
⁊ ꝓpterea poſitū eſt in expoſitioni
bus ſecundū ſcripturās.

## Socrates. xli.

HVius verbi p̄nceps fuit ge
orgius laodicenus ep̄s. Qui
cum talia doceret. ignorauit quē
admodū ap̄li ꝓprietates ſupiori
tp̄e origenes latius examinatus
interp̄tatus ſit.

## Sozomenus.

INterea duz adhuc athanā
ſius celaretur. georgius ale
xandria crudeliter paganos affi
ciebat. ⁊ aduſantes ſibimet xp̄ia
nos. Vtroſqꝫ enī cogebat ad ſuā
venire ſententiam. et reſpuentes
afficiebat. Erat enī apud ſapien
tes odibilis quaſi deſpiciens eos
⁊ iudicibus imperans. apud po
pulum vero quaſi tyrannus ⁊ vl
tra potentes elatus p̄cipue tamē
paganos opprimebat. quos ſac
ficare ⁊ paternas feſtiuitates age
re ꝓhibebat. Tunc enim milites
egypti duces armatos i ciuita
tem introduxit. ymagines ⁊ orna
menta tēploꝝ abſtulit. quod ei
poſtea cauſam necis adduxit. Ci
rillo ſiquidē depoſito ſicut ſ̄ dictū
eſt apprehendit hieroſolimorum
eccleſiam herennius. ⁊ poſt illum
heraclius. poſt quē hylariꝰ. Hos
enim tunc illaꝫ eccleſiā gubernaſ
ſe percepimus. vſqꝫ ad imperiū the
odoſij principis. quādo rurſus cy
rillus ad ꝓpriū remeauit ep̄atum

## Socrates.

IGitur macedonius ꝯſtātino
politana pulſus eccleſia dā
natōnem non ferens quieſcere re
ſpuebat. Declinauit ei ad eorum
partem qui apud ſeleutiā acaciū
cū ſocijs depoſuerāt. miſitqꝫ lega
tionem ad ſophronium ⁊ eleuſi
um. q̄tinus defenderent expoſitā
prius in antiochia fidem ⁊ poſtea
ſeleutia roboratam. et ſimilis ſub
ſtantie fidem deuulgandam eſſe
commonuit. Ad quem conuenerūt
multi familiarium. qui nunc ab
eo macedoniani vocantur. Quicū
qꝫ enim in ſeleuceno concilio aca
cium declinauerunt. aperte verbū
ſimilis ſubſtantie ſanciuerunt.

tum prius hec non manifeſto in
dicio declaraſſent. Eſt em̄ opinio
apud multos. q̄ non inuentum
ſit macedonij. ſ; magis maratho
nij nicomediensis epi. vnde etiaz
marathonij vocitant ad q̄s euſta
chius expulſus de ſebaſtea cōfu
git Cūq; macedoni⁹ ſem̄ ſpm̄ com
prehēdere in tractatu diuine trinita
tis declinaret tunc ⁊ euſtachius.
ego inquit neq; deuz nominare ſā
ctum ſpm̄ patior. neq; creaturam
nominare preſumo. Propter hāc
ergo cām ſpūi repugnātes appel
lant hm̄oi pſonas hij qui in con
ſubſtancialitatis expoſicōne con
cordant.

Sozomenus.

Cum itaq; macedonius eccl̄ia
cōſtātinopolitana fuiſſet ex
pulſus non ea quē acacius atq;
eudoxius ſapiebāt ſ; credebat ma
gis filium dm̄ p omnia ⁊ ſcd̄z ſb
ſtantiam ſimilem eſſe patri. ſcd̄z
vero ſpm̄ non earum rerum eſſe p
ticipem ſ; miniſtrum ⁊ phibentem
officium. quecūq; de ſc̄is angelis
dici poſſunt. Socrates.

Capitulum. xliij.

Igitur ſequaces acacij in ā
tiochiam magno ſtudio
cōuenerūt. acti penitentia
q̄ ſimilem dixerūt filium patri E t
conſulatu ſequenti v tauri ⁊ flore
tij. cū euzoius eam gubernaret ec
cleſiam imperatori ibidez conſtitu
to pauci quidez rurſus mouebāt
ea que dudū placuerant dicētes
oportere ſermonez ſimilis ſubſtā
tie auferrī ab expoſitione fidei tra
dita ⁊ eam in arimino quā cōſtā
tinopolitam non celantes. ſ; aper
te dicentes. quia per omnia diſſi
milis filius eſſet patri non ſoluz
ſcd̄m ſubſtantiam ſed etiam ſcd̄z vo
luntatem ⁊ ex non exiſtentib⁹ eſſ;
ſicuti predicauerat arrius. cum q̄
bus erant ſectatores etij.

Theodoricus.

Ea ſiquidem tempeſtate duz
perfidia accuſaretur eudoxij
inter alios ait euſtachius. Quo
niam de fide examinationem vis
fieri o imperator eudoxij conſiderā
blaſphemias. optulitq; ei expoſi
tionem inter alia ſic habentem.
Que diſſimiliter proferuntur diſſi
milia ſcd̄m ſubſtāciam ſunt. Vnus
deus pater ex quo omnia ⁊ vnus
dominus iheſus chriſtus p quez
omnia. diſſimile autem eſt ex q̄
⁊ per quem. diſſimilis ergo fili⁹
deo patri eſt. Hac lectione cōmo
tus imperator requiſiuit eudoxiū
ſi fateretur ſuam. At ille negauit
dicens. quia eſſet etij. Quem cū
iuſſiſſet imperator adduci requiſi
tus licet eius non fuerit ſuam eē
profeſſus eſt. ⁊ ideo exilio deſtia
tus Euſtachius tamen etiam eu
doxiuz ita ſapere proclamabat exi
gens vt ſcripturam anathemati
zaret etij. Qui licet tarde. fecit tamē
⁊ damnauit quod ipe prius ⁊ po
ſtea predicabat. Deinde etiam ip
ſe exigebat. vt ille omouſion a
nathematizaret quod ſcripture
non haberent. Tunc ſiluanus

⁊ ex non exiſtentibus īquit ⁊ cre
atura ⁊ alterius ſubſtantie ſcripta
nuſꝙ̄ ſunt. Juſtum eſt ergo hoc
abdicari. Quod imperator q̄ꝫ decreuit
vt fieret. Qui licet cum difficulta
te fecerunt. Quo geſto exigebant
vt ⁊ ipſi omouſion abdicarent.
Tunc diſputatiue atqꝫ veraciter
ſiluanus ait Si ex non exiſtentibꝫ
non eſt. neqꝫ creatura ex alia ſub
ſtantia deus verbum. igitur cōſub
ſtantialis eſt genitori patri ſicut
deus ex deo ⁊ lumen ex lumine eā
qꝫ habet cū genitore naturā. Tūc
imperator iratus exilium intermi
natus eſt eis. At illi. poteſtatem ī
quiunt habes puniēdi non tamē
nos patrum ſtatuta deſtruimus.
Tunc imperator illos pelli iuſſit
eccleſijs ⁊ pro eis alios ordinari.
Tunc eudoxius cum tirannice cō
ſtantinopoleos teneret eccleſiaꝫ
pulſo eleuſio cizici eunomiuu or
dinauit epiſcopum ⁊ etiuꝫ ī ſcrip
tis abdicauerunt cuius videban
tur eſſe conſortes. ſcripſerunt qꝫ
georgio qđ fuerat geſtum.

Exemplar ep̄le vniuerſi conci
lij ad Georgiū contra Etiuꝫ ꝓpter
nefariam blaſphemiam eius.

Sancta ſynodus cōſtantino
polim cōgregata domino ho
norabili alexandrine ciuitatis epō
georgio ſalutem Synodo repreħē
dente etiū ꝓpē nefandas eius ⁊ ple
nas ſcandalis ſcripturas ſcḋm cō
ſequentiam eccleſiaſticarum ſan
ctionum ſuper eo ab epiſcopis a
ctum eſt qđ decebat. Dyaconatu
namqꝫ depoſitus eſt ⁊ ab eccleſia
factꝰ extraneus ⁊ a nobis hec mo
nita proceſſerūt vt neqꝫ ad lecti
onem cuiuſꝙ̄ veniant nefande eiꝰ
epiſtole. ſꝫ abiciantur eo q̄ vehe
menter inutiles ſint. Hijs autem
adiecimus etiam anathematizā
dum cum ſi permanet ī eo propo
ſito cum ſequacibus ſuis. Conſe
quens enim erat vt omnes in ſy
nodo conuenientes epiſcopi depo
nerent auctorem ſcandalorum ⁊
ſciſmatum in omni terrarum orbē
factorum inter eccleſias ⁊ concor
darent in ſententia contra euꝫ in
ſte prolata. Sed extra vota ſpem
qꝫ nr̄aꝫ ſeras ⁊ ſtephanꝰ heliodo
rus ⁊ theophilꝰ in nr̄ā ſentētia cō
cordare noluerunt neqꝫ in eius de
poſitione ſubſcribere. cuꝫ ſciret ſe
ras etiam aliam veſanam arrogā
tiam eiuſdem accuſaret etij. Dice
bat enim eum aſperiora preſume
re atqꝫ dixiſſe quoniaꝫ ea que deꝰ
actenus celaſſet apoſtolis ēuela
ta ſibimet affirmaret. Poſt hu
iuſmodi ſuperbos veſanoſqꝫ ſer
mones a memorato ſera de etio ꝓ
teſtatos flecti precibus nequiue
runt. vt in noſtra fierent determi
natione concordes. Verumtamē
non longanimitate detenti multo
tempore ſuſtinuimus eos nunc
indignantes nunc rogantes nūc
interminātes. nūc iterū ſupplicā
tes vt conuenirent nobiſcū ⁊ cōſona
oī concilio definirēt. Suſtinebamꝰ

ergo ſi forſan audirent. ſi forſan
intelligerent. ſi forte preſpicerent
Cumqȝ multo tēpore nobis ꝑdurā
tibus nō flecterentur ſequi ſentē
tiam ſuꝑ predicto viro prolatam
eccleſie honorabiliorem eſſe q̄ vi
rorum amicicias iudicantes. ſim
uimus contra eos excōmunicati
onis tēpus ſex menſiuȝ ad agen
dam penitentiaȝ eis dantes indu
cias vt ſi in hoc tēpore cōuerterē
tur et cōſentirent diffinitionibus
fratrum ſuorum ſuſciperentur ī ec
cleſia et ꝓpriā fiduciam caritatemqȝ
pararent. ſi vero ſine ſententia ꝑ
manerent amiciciaſqȝ hominum
regulis eccleſie et concordie nēc ꝓ
ponerent tunc eos epiſcopatus
dignitate eſſe iudicam⁹ extrane
os. Quibus depoſitis neceſſariuȝ
erit vt in eoꝝ locis alij conſtituā
tur epiſcopi. quatenus legalis ec
cleſia competentem ſumens ordi
nem ſibimet concordet epiſcopis
videlicet vniuerſis ſeruantib⁹ vi
culum caritatis. eademqȝ cum per
fectione dicendo in vno intellectu
vna qȝ eſſentia. Ut ergo cognoſ
cas que concilio placuerunt. hec
tue reuerentie ſcripta tranſmiſim⁹
orantes vt in grā christi iſta cu
ſtodiens pacifice et legitime ergas
ſub te conſtitutas eccleſias.:

Capitulum. xliiij.

Hunc etiam eunomius ſu
is libris exaltat. et homi
nem dei vocat. multiſqȝ fa
uoribus honorat. Sed tunc et ab
dicantibus eū interfuit et ab eis
epiſcopalem ordinationem ipſe
ſuſcepit. Eudoxius igitur et acaci⁹
cum ſuis conſenſū pretentes hijs
que i nicea tracie geſta ſunt pro
baſilio et eleuſio alios conſtituerūt
ep̄os de quibus ſuꝑuacuum loq̄
non cenſeo de eunomio ſoluȝ ha
bito ſermone narrabo. Igitur cū
eleuſio vino cizicenam eccleſiam
percepiſſet eunomius et populi ſa
lubritatem videret eudoxius atqȝ
imperatorem conſpiceret ſeuien
tem contra eos qui creatum profi
tebantur vnigenitum dei filium.
eum compulit vt celaret hunc ſē
ſum. nec eum aperiret inueſtigā
tibus accuſationibus. dicens eu
nomio quoniam oportuno tem
pore predicabimus que modo ce
lamus et ignorantes docebimus
et contradicentes aut flectemus
aut cogimus aut punimus. Hijs
promiſſionibus perſuaſus euno
mius obumbratam proferebat
impietatem. Sed qui diuinis ſūt
educati ſermonibus videntes di
ctorum calliditatem. moleſte quī
dē ferebāt apte vero ꝯtradicē pre
ſumptionis op⁹ et nō ſapiētie indi
cabant. Circūponētes ḡ ſpēm ſibi
met hērice p̄uitatis et h⁹ ſe eē fin
gētes acceſſerūt ad domuȝ ei⁹ rogā
tes vt eius exponeret aperte dog
matis veritatē. nec pateretur hue

⁊ illuīc eos diuerſiſq; ferri doctri
nis. Tunc ille accepta preſumpti
one ſenſum quem celabat aperu
it illis dicētibus nimis eſſe nefa
riū vt non omnes ſub eo conſtitu
ti veritate fruerentur. Hijs ⁊ hui⁹
modi ſeductus verbis in cōuētu
eccleſie ſuam blaſphemiam reue
lauit. At illi zelo ſuas animas ac
cendentes ad conſtantinopolim
perrexerunt ⁊ primum quidem a
pud eudoxiū inſcripſerunt euno
mium. Quo eos nō ſuſcipiente ad
euntes principem peſtem illi⁹ cū
gemitu panderunt. Dicebant ei
potius iſtius dicta impia eſſe q̄
arrij. Pro hijs indignatus impe
rator precepit eudoxio vt deduce
retur eunomius ⁊ conuictus ſacer
dotio nudaretur. Cumq; frequen
ter ab accuſatoribus importuni
tatem paſſus eudoxius declinaret
adierunt rurſus imperatorem in
gemiſcentes. quia nihil qđ prece
perat feciſſet eudoxius ſed tantā
deſpiceret ciuitatem blaſphemijs
eunomij pereuntē. Tunc conſtā
tius expulſurum ſe interminatus
eudoxiū eſt. niſi eunomium iudi
candum deduceret ⁊ conuictum i
accuſatione puniret. Hoc metuēs
eudoxius ſcripſit eunomio vt de
cizico fugeret ſibiq; reputaret ne
quaq̄ eius monitionibus obediſ
ſe. Verum eunomius metuens
abſceſſit quidē ſed contumelias
non ferens proditionis quidē ac
cuſabat eudoxium leſumq; ſe a eti
am aſſerebat. ac deinde gregē ꝓ
prie cohortis inſtituit. Quicūq;
enim eius dogmatis concordiam
ſequebantur. ab eudoxio receſſe
runt proditionem accuſantes ei⁹
ſociantes ſemetipſos eunomio
qui actenus ab illo nomen habe
re noſcuntur. Hinc ergo auctor he
reſis fact⁹ eunomius impietatis
cumulo auxit arrij blaſphemias.
Quia vero arrogantie ſeruiēs paſ
ſioni proprium probatur feciſſe
collegiū ipſa q̄ ſūt geſta cōclamāt
Nam cum abdicatus acrius fuiſ
ſet expulſus cum eo egreſſus n̄
eſt. licet doctorem eum ⁊ dei homi
nem nominaret. ſ; manſit coniū
ctus eudoxio. Cum autem impie
tatis penas exigeretur. ratum nō
habuit concilij decretū. ſ; epiſco
pos ordinauit atq; preſbiteros e
piſcopali dignitate priuatus.

## Socrates.

## Capitulum. xliiij.

PEr idem tempus in laodi
tia ſyrie duo erant viri v
no nomine nūcupati pa
ter atq; natus vterq; dicebatur a
pollinaris pater preſbiterij digni
tate functus filius autem habēs
lectoris officium grecorum ambo
doctores eloquiorum. Pater grā
maticus filius erat rethor. Pater
namq; cum fuiſſet alexandrinus
genere ⁊ prius docuiſſet in bery
tho. poſtea venit laodiciam vbi

demens ſurit vxorem ⁊ filiuȝ ha
buit apollinarem. Tunc igitur ā
deo exercebantur cum epiphanio
ſophiſta ⁊ cuȝ eſſent eius amici
valde fouebant eum. hoc metuēs
theodotus laodicenus epiſcopus
ne frequenti confabulatione ſo
phiſte declinarent ad paganitateȝ
prohibuit ne ad eius ſcolas acce
derent. Qui paruipendētes epiſco
pum epyphanij amicicias mag̃
amplectebantur. Poſta georgiꝰ
theodoti ſucceſſor cum eos prohi
bere non potuiſſet ambos cōmu
nione priuauit. Tunc apolinaris
filius arbitratus iniuriaȝ ⁊ fretꝰ
eloquij amore ſophiſtici nouita
tem ⁊ ipſe introduxit hereſeos q̄
nunc fertur nomen ab inuentorē
gerens. Aiunt enim quidam exci
tatos eos aduerſus georgium nō
tantum propter predictam cauſā
ſ; quia videbant euȝ varia dogma
ta proferentem. ⁊ nunc quidem ꝓ
fitentem ſimilem patri filium ſicut
erat ſeleucia conſtitutuȝ. nunc aūt
arrianam declinare ſententiam.
Qua propter velut oportunam ſu
mentes occaſionem abſcedunt.
Cumq̄ nullaȝ eis intenderet ſub
ſcemate religionis peſtem hereſe
os introducunt. Et primū quideȝ
dicebant animam a deo verbo in
diſpenſatione incarnationis non
aſſumptam. deinde quaſi peniten
tia ducti corrigētes ſemetipſos
adiecerunt animam quidem aſ
ſumptam que non tamen habe
ret mentem ſed deum verbum eē
pro mente in homine aſſumptum
Circa hoc itaq̄ ſolum dicuntur eſ
ſe corrupti qui nunc illoruȝ nomi
ne vocitantur. Nam trinitateȝ con
ſubſtancialem eſſe ꝓfitentur

## Theodoritus.
## Capitulum. xlv.

Cum inter hec ſapor rex
perſaruȝ contra romanos
caſtra metaretur. conſtā
tius cum magno exercitu veniēs
ad antiochiam. fugauit hoſtes.
Quod non milicia romanorum e
git ſed deꝰ qui colitur a romanis
Tropheuȝ victorie ergo nunc ſtu
deo narrare. Niſibis quam quidā
ab antiochia migdoniam vocant
in termino poſita eſt perſarum ro
manorumq̄ terrarum. Huius erāt
epiſcopus atq̄ rector. ⁊ dux iaco
bus apoſtolice gratie radijs illu
ſtratus. cuius digna laudanda
q̄ miracula in hac hyſtoria con
ſcribere aut enumerare ſuperuacu
um iudicaui. ſed vnum tantum
modo eius miraculum cauſa nar
rationis exponam. Huius igitur
ciuitatem romanis ſubditā perſaȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exercitus obſidebat. Et cū ſeptu/
aginta dies iugiter obſideret a
multas quidem cepiſſet ciuitates.
plurimaqꝫ circa hanc molimina
poſuiſſet. a vallos atqꝫ foſſata ꝑ
capienda vrbe feciſſet. eā nequa/
quā valuit obtinere. Poſtea vero
per ſe impetum migdonij fluminis
per ciuitatem mediam decurren/
tis a longe retinentes a vtraſqꝫ ri/
pas eius facientes celſiores vt aq̄
in ſe collecta concreſceret. quo in
muro poſſet irruere. cū vidiſſent
iam etiam illas quas fecerant ſu/
blimes ripas impleri. ſubito auſe/
rentes quas fecerant cataractas
dimiſerunt impetum fluminis cō/
tra murum. Quā vehemētis aque
pondus non ferens eſt inclinat᷒
a cecidit Quo facto ingrediens
aqua cum magno impetu etiam
aliam partem muri vnde fluuius
ſolebat exire cū magna ruina de/
poſuit Hoc ſapor aſpiciēs credi/
dit ſe ſine pugñ capere ciuitatē. Et
illa quidem die quieuit vt a ſūd᷒
fluminis purgaretur a poſſet am/
bulare a intrare per ſitum. Alte/
ra vero die cum omni militia cre/
dens per loca ruinoſa murorū ci/
uitatem intrare. vidit murum ex
vtraqꝫ parte fabricatum Ille nā/
qꝫ ſacratiſſimus homo oratōnib᷒
milites coarmauit a alios vrbis
habitatores Quo facto a murum
reſtituit a propugnacula fecit q̄/
bus repelleret accedentes. Et hoc
non ad murum veniens egit. ſed
intra templum ſacratū domino
ſupplicans adimpleuit. Porro ſa/
porem non ſolum muri fabrica t/
ruit. ſꝫ etiam altera viſio ꝑturba/
uit. Vidit enim ſtantem ſup̄ mu/
rum quendam imperiali ſcemate
circumamictum a tam purpurā q̄
dyademate reſplendere. Arbitra/
tus autem eſſe romanorum impe/
ratorem minatus eſt eis qui nun/
ciauerunt eum non illic eſſe pre/
ſentem. Quibus affirmantib᷒ ve/
ra ſe dixiſſe a conſtantiū ī antio/
chia commorari. ex vultu quem
videbat agnouit eorum verba eſ/
ſe veracia. a ait. deum bella gerere ꝑ
romanis. Cumqꝫ hoc grauiter ha/
beret infelix ſagittam dimiſit in a/
erem. Et cum vidiſſet quia in cor/
pore eum iaculari nō potuit tñ a ve/
ſanie ſue impetu non receſſit. Tūc
igitur effrem vir mirabilis a con/
ſcriptor egregius qui in vtroqꝫ y/
diomate greco videlicet a latino
optime eruditus multos libellos
timore domini a deuotione ple/
nos edidit ſcilicet de extremo iu/
dicio a de morte a vilitate conditi/
tionis humane a miſeria huius
vite a cetera Is igit̄ apd ſyros ſa/
crātiſſimo iacobo ſupplicabat vt ve/
niret ad murum a videns barba/
ros maledictionis iacula contra
eos emitteret Flexus igitur vene/
rabilis homo. aſcendit in quan/
dam turrim. Et cum milia milium
videret exercit᷒ aliā maledictionē
eis nō petijt niſi cinifes a culices

vt ꝓ parua animalia ſupnaꝫ virtutem potuiſſent agnoſcere Orationem vero ſecute ſunt nebule ciniforum ⁊ culicum ⁊ elephantoꝝ q̃dem promuſcidas cum ſint caue· e quorum vero aliorumq; iumentoruꝫ aures ſimul ⁊ nares impleuerunt At illi ferre vim paruoꝝ animalium non valentes ſeſſores ſuos ductoreſq; excuſſos dorſibus ꝓiecerunt ⁊ diruptas acies confuderunt exercitumq; relinquentes ſūmo impetu fugiebant Hoc modo ter miſerrimus imperator paruaꝫ clementemq; correptionē i ſe cognoſcens factaꝫ a deo habente ꝓuidentiam animarum eum pie colētium· ſuum exinde reduxit exercitum confuſionem non victoriam ex illa obſidione percipiens·

## Capitulum·xlvi·

Hoc itaq; tempoꝛē conſtātius antiocchia morabatꝛ ⁊ parthico prelio quieſcēte ruſus colligebat epiſcopos cogens omnes negare verbum ⁊ vnius ſubſtantie ⁊ alteri⁹ ſubſtātie· Verum cum eudoxius poſt leontium antiochenaꝫ arripuiſſet ſedem· deīde pulſus poſt multa cōcilia cum conſtantinopolitanum inique tenuiſſet epiſcopatum antiochena eccleſia paſtore priuata videbatur· Tunc ergo conuenientes epiſcopi· cum eſſent plurimi vndiq; congregati dicebant imꝑatori oportere primitus paſtorem conſtitui· ⁊ ita cum illo de dogmatibus cogitari·

## Capitulum·xlvii·

Illo tempore ſacratiſſimus meletius ciuitatem quandam armenie regens ⁊ barbaros edocens quietem habere videbatur· Queꝫ putātes arriani ſibi conſentire petierūt a conſtancio vt antiochene conſtitueretur preſul eccleſie cum quibꝰ etiam orthodoxi propter claritatē eius vite ⁊ ſalubritatem rectoruꝫ dogmatum i eius ſubſcripſere decreto ipſumq; decretum vtraq; pſ euſebio ſamoſateno cōmendauit epiſcopo Veniente ſiquideꝫ magno meletio occurrit ei populus vel vſq; partis cum quibus iudei pariter ⁊ pagani deſiderātes famoſiſſimum videre meletium Tunc imperator ⁊ ei ⁊ aliis qui exponere poterant iuſſit vt populis explanarent locum illum· dominus creauit me in initio viarum ſuarum in opera ſua· precipiens vt exceptores eorum verba conſcriberent· Et primum quidem georgius laodicie fetorem heretice peſtis euomuit· poſt quem acacius ceſarie quandam viſus mediam proferre doctrinam multum ab illorum blaſphemia receſſit· nō tn̄ ſanuꝫ apoſtolice integritatis dogma ſ̄uauit· Tercius autem magnus ſurrexit meletius ⁊ rectitudinem regule etiā in ſacra diſputatione monſtrauit· Nam veluti quodam pondere veritatis vtens ⁊ qd̓ plꝰ ⁊



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄d minus erāt vitalūit. Cumq́ʒ tur
ba vniuerſa faueret rogās vt bre
uem eis doctrine daret ymaginē
tres oſtendens digitos deinde col
ligens duos ⁊ vnum tendens illā
laudabilē protulit vocem. Tria q̄
intelliguntur ſʒ tanq̄ de vno diſpu
tam⁹.

Sozomenus.

Eo tempore fertur archidia
conus eius eccl̄ie adhuc eo
loquente extenſa manu eius os
obſtruxiſſe. At ille ſuam ſententi
am manu clarius q̄m voce ſigna
uit. Tribus enim apertis digitis
⁊ denuo clauſis ⁊ vno tantum di
gito rurſus extenſo populo ſcema
te diuulgabat. quia tres vnum
ſunt. Deinde archidyacono eius
manum ore dimiſſo tenente. libe
ra voce clamabat nicenum ſeruā
debere concilium.

Theodoricus.

Capitulum. xlviij.

Contra hanc doctrinā ar
riani calumnies linguas
exacuerunt. ſabellianum aſſeren
tes ſanctum eſſe meletium. Ob q̄
rem principi ſuaſerunt. vt in pro
priam prouinciā exilio mitteretur.
Et factus euzoius. apte arria
num dogma laudabat. Hunc ei
cum arrio magnus alexander dya
conatu priuauerat. Hoc itaq́ʒ fc̄o
ſanus populus ab hereticis diui
ſus in apoſtolicam eccleſiam poſi
tam loco qui dicitur vetus ↄuenie
bat. Annis namq́ʒ. xxx. poſtq̄m
euſtatius fuerat expulſus ortho
doxi arrianorū onera ſunt ꝑpeſſi
tertiam mutationē ↄ vtilem ſuſtine
tes.

Sozomenus.

Equatibus enim meletiū cō
municarē noluerunt hij qui
ab inicio nicenū dogma ſeruaue
rant dicentes quia ex arriano de
creto meletius fuerit ordinatus ⁊
ſequaces eius ab illis ſint bapti
zati. Ob q̄m rem antiochena eccle
ſia in aliam diuiditur partem.

Theodoricus

Cumq́ʒ viderent orthodoxi he
reticorum creſcere magis im
pietatem ⁊ apoſtolici dogmatis
defenſores aperte debellari. ſcientq́ʒ
meletium pulſum ⁊ euzoiū hereti
cum ordinatum. verborum memo
rati ſunt q̄ dicta ſunt loth. Salua
inquit ſalua animam tuam. Ad
hec etiam euangelici verbi dicētis
Si oculus tu⁹ dexter ſcandalizat
te aufer eū ⁊ abice abs te. Ideʒ ⁊
de manu ⁊ de pede dn̄o ſanciente q̄
etiam adiecit dicens. Meli⁹ eſt ti
bi vt pereat vnum membrum tuū
q̄ totum corpus i gehēnā mittat.

Capitulum. xlix.

Porro mirabilis euſebius
cuius dudum memini de
cretum ei fuiſſe ↄmenda
tum videns preuaricationem pa
ctoꝝ circa meletium meditatā ad
ſuam reuerſus eſt ciuitatē. Arria
ni vero ſcriptum teſtimoniū me
tuentes ↄſtantio ſuaſerūt vt mit
teret qui decretū in meletio factū
ab euſebio reuocaret. Tunc vere
darius miſſus eſt. qui hec veloci
ter adimpleret. Cumq́ʒ veniſſet ⁊

imperatoris verba nunciaſſet tūc
euſebius admirādus commune
inquit depoſitum non reſtituam n̄
omnes qui tradiderunt dicant.
Qd dum qui fuerat miſſus renū
ciaſſet indignatus imperator de
nuo miſit vt redderet qd accepit
adiciens ſcripto vt ſi reddere nol
let dexteram manum eius ampu
taret. verbo tamē iubens illi quez
miſit ne faceret qd habebatur in
litteris. Cūqȝ epiſtolam legiſſet
euſebius ⁊ inueniſſet penam ab
imperatore dictatam cum dextra
manu obtulit ⁊ ſiniſtram ambas
incidi petens. Nā decretuz inquit
non dabo. clarum arriane peſtis i
dicium. Hāc eiꝰ firmitatē cōſtan
tiꝰ vidēs laudauit egregie. Mirā
tur enī ⁊ impij reſiſtentiū ſibi lau
des cū geltoꝝ magītudie ſuperant.

## Sozomenus.

## Capitulum .l.

Hec igitur apud orientales
agebantur eccleſias. In
terea iulianus ceſar bello
deuincens barbaros apd renum
fluuiū reſidētes alios qdē peremit
alios cepit claraqȝ victoria decorā
tus dū mediocritate vite atqȝ mā
ſuetudie militibꝰ gratꝰ eēt ab eis
appellat̄ auguſtꝰ. Hoc facto nihil
de cōſtantio cogitans. iudices ab
illo factos honoibꝰ mulcabat ⁊ ab
illius inuidiā litteras pferebat q̄
bꝰ oñdēt eum ꝑpt̄ bellum contra
magnentiū geſtum in ytaliā bar
baros induxiſſe. Repēte vo religi
one mutata cuz priꝰ xp̄ianꝰ eē pu
taretur ſemetipſū pontificez deoꝝ
noīauit ⁊ veniens ad tēpla paga
noꝝ ſacrificabat ſubiectiſqȝ talia
colere ſuadebat. Cūqȝ cōſtantiꝰ ꝑp
ter bellū pſicū antiochia moraret̄
ſperās ille qz ſine bello poſſet illiri
cum detinere. ad eos agebat iter
dicens ſe velle cōſtantio ſatiſface
re tamq̄ non ſponte. ſz voluntate
militū inſulas imperij ſuſcepiſſet.
Dicitur itaqȝ quia duz ad hos ter
minos acceſſiſſet vindemia iaz col
lecta circa occaſuz pliadarū vuas
denuo fuiſſe prolatas inſup etiaz
imbrez ex aere deſcendentem i ciꝰ
veſte ſimula ceteroꝝ guttas ſin
gulas crucis formaſſe ſignacula
Hoc facto videbat̄ ipſi ⁊ alijs. qz
botris extra tēpus illatis bonum
rei panderetur iudiciuz. imber au
tem cadens veſtem ſupra quaz ce
ciderat roboraret. Alij vero dicebāt
vuarum ſignum preter tēpus ſig̃
ficare pditionem impatoris ad i
ſtar huiuſmodi botrorum parui
temporis fore eius imperium. Por
ro de cruce dicebant prenunciare
hoc ſignum. quia ſit celeſte dog
ma chriſtianorum ⁊ oporteat ſig
nari cunctos crucis indicio. Vn̄
cognoſcitur quia diuerſa interp̄
tati quā dixerat imperator verita
te fraudati non ſunt. Vtrumqȝ
oportūe demū ſequens tēpꝰ oñdit
Cū audiret itaqȝ cōſtantiꝰ contra

ſe venire iulianũ inſtructione bel
li parthici derelicta cõſtantinopo
lim venit. **Socrates.**

ET mopſicrinis inter ciliciaſ
atqꝫ capadocias nimia cogi
tacõe appoplexie paſſione defun
ctus eſt cõſulatu tauri ꝛ florentij
tercia die nouembriꝫ menſis. ãno
vite ſue quadrageſimo ꝛ q̃nto ex
quibus tredecĩ cũ patre regnauit
xxv. poſt illum. **Sozomenꝰ**

QVo defuncto iulianꝰ quidem
iã thracias optinebat ꝛ nõ
poſt multũ cõſtantinopolim veni
ens appellatꝰ eſt ceſar.

Explicit liber hiſtorie eccleſia
ſtice Quintus.:

Incipiunt capitula libri Sexti

Capitulum primum.

De iuliani gñe ꝛ diſciplinis ciꝰ
ꝛ q̃uo puenerit ad iperiũ. ij.
Q̃uo iulianꝰ ad ritũ deuenerĩt pa
ganorũ ꝛ de ſacrificijs ydoloꝝ iij.
Quomodo etiã ante imperiũ la
tenter fuiſſet paganus. iiij.
Quã fuiſſet xpianis infeſtus v.
Quia initio iperij ſui magis pe
percit xpianis. vi.
Q̃uo maris eps calcidonie i fa
cie redarguerit iulianũ vij.
Quia eos qui fuerant deportati
a conſtantio reuocauit viij.
De ſeditione apud alexandri
am facta cõtra paganos. ix.
Q̃uo alexandrinus georgiꝰ ſit
extinctus. x.
Quia iulianus eccleſias clauſit
ꝛ eccle ornamẽta diripuit. xi.
De euſebio nectareo ꝛ zenone
martiribus. xij.
De hylarione monacho ꝛ cru
delitate heliopolitanoruꝫ ꝛ arecho
ſiorum cõtra chriſtianos ꝛ de mar
co epõ eiuſqꝫ martirio. xiij.
De macedonio theodolo ꝛ dati
ano martiribus. xiiij.
De baſilio martire ꝛ euſichio
conſtituto. xv.
Que in gaza contra xpianos
crudeliter ſint cõmiſſa atqꝫ ſeba
ſtea necnon ꝛ in ſenice. xvi.
De ſimulacro androgino a pa
ganis in ecclia conſtituto. xvij.
De legibꝰ q̃s iulianus cõtra cri
ſtianos poſuit.: xviij.
De reditu athanaſij ad alexan
driam. xix.
De lucifero ꝛ euſebio. xx.
De cõcilio apd alexandriã cum a
thanaſio celebrato. xxi.
De differẽtia ſbe ꝛ ſbſiſtẽtie. xxij
Pars libri athanaſij de ſatiſfa
ctione fuge xxiij.
Quia euſebiꝰ veniẽs antiochiã
ꝑpter paulinũ diuiſũ vidẽs ꝑplm
fuerit indignatꝰ xxiiij
De hylario pictauienſe. xxv.
De macedonianis. xxvi.
Quia iulianꝰ cũ ꝑſecutus ſit a
thanaſium. xxvij
Q̃uo iulianꝰ fouerit ciziciũ ꝑpt pa
ganitatis cultũ. xxviij.
De tito epõ boſtrenſi xxix
Quia iulianꝰ ꝑcepit vt ſcdm xpi
anoꝝ ritũ etiã pagani oracões ꝛ e
lemoſinas facerẽt ꝛ decĩas tẽplis
offerrent ꝛ cetera q̃ xpianis mois
eſt adimplerent. xxx.